

ANTHOLOGIA GRAECA

AD FIDEM

CODICIS OLIM PALATINI NUNC PARISINI

EX APOGRAPHO GOTHANO

EDITA.

CURAVIT

EPIGRAMMATA IN CODICE PALATINO DESIDERATA

ET

ANNOTATIONEM CRITICAM

ADIECIT

FRIDERICUS JACOBS,

S. D. SAX. GOTH. A CONSIL. AUL. ORDINIS MERITORUM CIVIL. CORONAE BAVARICAE EQUES.

TOMUS TERTIUS ET ULTIMUS

QUI APPARATUM CRITICUM COMPLECTITUR.

ACCESSERUNT SUPPLEMENTA VARIARUM LECTIONUM EX IPSO CODICE PALATINO SUMMA DENUO DILIGENTIA COLLATO

AB

ANTONIO IACOBO PAULSSEN,

PHILOSOPHIAE DOCTORE.

LIPSIAE

OPUS IMPRESSUM TYPIS HAERTELIO-BREITKOPFIANIS

VENDITUR IN LIBRARIA DYCKIANA

1817.

Hoc Volumine continentur haec:

Praefatio.

Addenda et Emendanda.

Notae criticae in XVII capita Anthologiae.

Index epigrammatum.

Index poetarum.

Index scriptorum, qui in notis corriguntur et explicantur.

Index verborum et rerum, quae in notis tractantur.

Antonii Iac. Paulssen Supplementa variarum lectionum ex Codice Palatino denuo comparato.

Praefatio.

Duo anni praeterlapsi sunt, postquam, Anthologiae Palatinae textu edito, notarum criticarum volumen, quod intra anni spatium absolvi posse speraveram, typis exscribi coeptum est. Haec dilatio operi nostro non unam ob causam profuit. Quod enim in hoc volumine typographorum errores pro numero paginarum admodum pauci sunt, id praecipue quidem debetur curae viri eximii, qui etiam alteram textus partem corrigere dignatus est, deinde vero typothetae, insigni omnia diligentia rimantis, lentae festinationi. Sed ad illam quoque partem operis, quae jam profligata videbatur, eadem mora fructuosa fuit, opportunitatibus quibusdam per hoc ipsum tempus, quod notis exscribendis impendebatur, oblatis, quae et depravatis quibusdam locis salutiferae essent, et judicio de universa textus lectione rectius constituendo prodessent, et omnino criticum apparatum nostrum locupletarent. In his primo loco commemorari debet, quod felici re-

rum eventorumque conversione effectum est, ut per maximorum regum clementiam liber Anthologiae Palatinus cum plurimis aliis in easdem sedes, quibus ante hos ferme ducentos annos armorum vi ereptus fuerat, inter faustos Germaniae exsultantis clamores, postliminio reduceretur. Quem pretiosissimi libri ex diuturno exsilio in patriam reditum non minus illustri Universitati Heidelbergensi, cui ad multa alia ornamenta doctrinaeque praesidia hoc quoque accessit decus, quam nobismet ipsis et operi a nobis suscepto gratulati sumus. Quum enim in nova hac editione illud inprimis spectavissemus, ut, quod *Wyttenbachius*, vir clarissimus, in censura Analectorum (Bibl. Crit. P. II. p. 42.) optavit, Anthologiae textus firmiore superstrueretur fundamento, quod non aliud est, quam membranae Palatinae; quumque id ipsum Apographi Gothani ope haud paulo plenius esset praestitum, quam ab iis, qui hujusmodi adminiculo destituti, ad Anthologiam edendam sese dederant, fieri poterat: nihil ad rem profligandam, consiliumque, quod ceperam, penitus exsequendum, utilius mihi potuit contingere, quam opportunitas, ipsa locorum vicinitate adjuta, iteratae textus cum membranis comparationis instituendae. Quamvis enim, quod nunc etiam majore, quam olim, confidentia affirmare et testari possum, Gothanus liber diligen-

tiore studio sit scriptus [1]), quam ullus alius graeci latinive scriptoris codex, qui intra haec quatuor aut quinque secula exaratus est, facile tamen intellexi, quum nemo tam oculatus sit tamque indefessus, quin eum in tam longo labore aut acies interdum fallat, aut sopor obrepat, fieri posse, ut hic illic in membranis aliquid sit residui, quod *Spalettum* in descri-

---

1) Quum in Supplementorum libello, huic Volumini subjecto, hoc passim agi videatur, ut Apographi nostri infirmetur fides, de hac re verbo dicendum est. Nullus unquam librarius se autographo ita in servitutem addixit, ut non solum singula verba sine ulla, quam sensus aut sermonis leges requirere videantur, mutatione, verum etiam omnia ejus compendia, omnes siglas, omnes lineolas denique et puncta, quae ibi reperiantur, eaque omnia in eadem pagina eademque paginae parte exhiberet. Hoc tamen *Spalettum* plerumque fecisse apparet. Qui si hic illic, semel fortasse in mille locis, ab illa lege casu deflexit, si in nonnullis erravit, non tamen continuo *vitium ex vitio sevisse* dicendus est, nec fides abroganda apographo, ex quo textus Anthologiae innumeris in locis restitutus est. Quod an de ullo alio Palatini libri apographo praedicari possit, vehementer dubito. Ipse Supplementorum auctor, qui *Spaletti* nostri levitatem tantopere exagitat, aliquo in loco (p. 46.) se jam nescire fatetur, an non in lemmatibus ex Codice describendis manifesta vitia statim sustulerit. Hoc si illi in tanta diligentia accidit, quidni *Spaletto* idem in similibus ignoscamus? At nonnulla non recte explicuit; quaedam scribendi compendia cum aliis permutavit. Audio. Nemo ἀναμάρτητος, nisi deum dicas; nec omnia tamen, quae in compendiorum siglis in Commentario nostro emendanda veniunt, a Romano descriptore peccata sunt. Quidam mei sunt, alii typothetarum errores; nonnullos etiam casus progignere potuit. Ii tamen omnes sunt in lemmatibus et notis marginalibus, quarum plurimas si omisissem, neminem me facile reprehensurum fuisse satis scio.

bendo fefellerit. Nihil itaque ad rem conficiendam magis profuturum esse existimabam, quam si quis diligens graecarumque litterarum satis peritus homo totum Codicem denuo excuteret, et comparatione cum editione nostra instituta, omnia, quae aut *Spalettum* latuissent, aut a me in apographo conferendo praetermissa essent, diligenter enotaret. Et jam id, quod in votis habebam, per insigne fortunae fautricis beneficium

---

Gravissima quidem crimina, quibus doctissimus Supplementorum auctor *Spalettum* oneravit, in Addendis diluere conati sumus; (vid. ad I. nr. 34. 118. II. vers. 410. V. nr. 55. VI. nr. 34. VII. nr. 154. 477. 505. 687. IX. nr. 180. 402. et alibi.) alia quaedam hoc loco commemorare liceat. Cap. VII. nr. 356. in Notis nostris p. 302. in lemmate exhibetur πάλῖ i. e. πάλιν. Ad h. l. diligentissimus *Paulssen* p. 37. „πάλ' i. e. πάλιν. Hinc elucet, Spalettum non modo voces „per compendia scriptas plene dedisse, plenas vero compendiaria ra„tione, sed *eo licentiae progressum* esse, ut ad lubitum exhiberet pro „altero alterum scripturae compendium." Si vere *Spalettus* scripsisset πάλῖ, quaenam tanta, quaeso, licentia? at scripsit πάλ'; quod compendium a me fortasse obscurius pictum, alterâ lineolâ longius productâ, typotheta pro ῖ habuit. In eodem Capite nr. 738. v. 3. dixi (Not. p. 413.), in Codice legi δέ οὐ (sic enim ibi expressum), in margine autem δέ σου notari, quod ipsum in textu exhibui. Hic cl. *Paulssen* p. 46. „δέ 'ου, quod est haud dubie δέ σου; at Spaletti „*pro levitate sua*, quod sigma est, spiritum asperum putavit." Hoc unde appareat, me non satis intelligere fateor, praesertim quum margo δέ σου perspicue reddat. Si autem hoc levitatis est flagitium, quid de *Salmasio* dicamus, qui et aliis in locis quam plurimis Codicis scripturam perperam reddidit, et hoc ipso loco κόνιν δ' οὐδ', aut δ' οὐσ' e membranis enotavit? quam vitiosam lectionem nos primi ex Autographo Romano emendavimus.

doctorumque virorum erga me voluntatem, ita effectum est, ut jam nihil superesse videatur, quod ex illis fontibus ad Anthologiam expolien-dam hauriri queat. Quum enim brevi post felicissimam librorum Palatinorum in antiquas sedes restitutionem *Creuzerum*, virum clarissimum mihique amicissimum, per litteras rogassem, ut talem Codicis comparationem, quali opus esse videbatur, per doctum aliquem disciplinae suae alumnum, aliumve, qui ejusmodi laborem susci-pere et posset et vellet, in meam gratiam instituendam curaret, statim mihi rescripsit vir humanissimus, nihil jam sua procuratione opus esse; inventum esse, qui illam comparationem sponte susciperet, juvenem eruditissimum, *Antonium Iacobum Paulssen*, Jenensem, Philosophiae Doctorem; eum jam magnam laboris illis partem incredibili studio atque diligentia perfecisse; neque dubitare se, juvenem humanissimum permoveri posse, ut, quae excerpsisset et annotasset, mecum communicaret. Non ita multo post *Paulssenius* per hanc urbem in patriam rediens, me convenit, apparatusque ex Codice Palatino collecti specimina quaedam apud me expromsit, quae plane id confirmabant, quod *Creuzerus* de ea re scripserat. Quid multa? Impetravi a juvene doctissimo, ut totam illam variarum lectionum farraginem, ipsius animadversionibus

auctam, cum nostro opere conjungeret. Ac quid ille praestiterit, non est, ut multis verbis doceamus, quum id ipse libellus, alteri hujus voluminis parti subjectus, abunde ostendat. Quum enim nulla sit ne dicam syllaba, sed littera, nulla librarii correctorisve notula, nullus apex, nullum scribendi compendium, quod non ad calculum vocaverit, enotaverit, explicaverit, nulla jam amplius in membranis illis lectio residere videtur, quae non in haec horrea nostra relata sit. Ac sunt quidem in his variarum lectionum supplementis, id quod repetita comparatione intellexi, non pauca, quae in Apographo nostro sic plane extant, ut in Palatino Codice, consilio a me praetermissa, quia ad judicium de vera lectione ferendum, nedum ad emendandum emaculandumque textum nihil omnino momenti habere videbantur [2]). Quod an recte fecerim nec ne, alii judicent; certe me illa praetermisisse nunc eo

2) Sic, ut paucis defungar exemplis, saepe peccatur in Cod. Pal. in accentibus et spiritibus ponendis. Haec, in lemmatibus praesertim, et ubi nihil interesse censebam, sine animadversione praetermisi, sicut ἢ ποτὲ, εἰ πότε, τοῦτον τὶς, πρὶν τὶ, ἆδε, μὴ ϰ ἔτι, ὠδίνας, ϰαίσαρ, et alia infinita hujus generis. Nec de jota adscripto, quod in membr. Pal. saepe pro lubito omittitur, monendum existimavi, praesertim in dativis, in πάντῃ et similibus. Ne quis tamen existimet, me solertiam, in talibus enotandis positam, elevare velle, haec quoque cognitu sunt utilia, neque omnino in opere, ex uno Codice magnam partem derivato, ulla diligentia nimia potest videri.

minus poenitet, quod, quorum interest, omnia ista librariorum peccata, omnes Codicis *ἰδιότητας*, summa cum fide ex ipsis membranis enotata, in *Paulssenii* nostri libello reperire et examinare possunt. Plurima sunt in his ad palaeographicam rationem egregie observata de singularum litterarum formis, scribendique compendiis; lectiones etiam nonnullae in ipsis epigrammatis, quae me Brunckianum textum cum Apographo comparantem notasque scribentem fefellerant [3]). Harum aliquas, Apographo denuo iterumque consulto, ipse in Addendis notaveram, nihil quod Anthologiae studiosorum interesset, praetermissurus; sed quum easdem in *Paulssenii* Supplementis commemoratas viderem, illas ibi, ne actum agerem, delendas duxi. Et fore quidem non dubito, qui moleste ferant, non omnia, quae ad judicium de unaquaque lectione ferendum faciant, uno in loco reperiri. Hi sciant, mihi quoque idem molestum esse, et si per me stetisset, me id quovis modo evitaturum fuisse. Verum in ejusmodi

3) Liceat mihi in hac re uti verbis, quae vir summus, *Ricardus Porson*, Supplemento Variarum Lectionum ex Cod. Homeri Harlejano praefixit: „Dum collationem meam relego, et ad codicem ipsum exigo, „video sane paulo plura cum omissa, tum commissa, quam putabam. „Nec dubito, quin, si quis laborem conferendi codicis iterum susceperit, quaedam adhuc inventurus sit, quae diligentiam meam effugerint. Quicunque hoc opus aggredietur, me non invito fecerit; agnoscet „tamen, opinor, se aliquantum opera mea esse adjutum."

opere vix fieri potest, ut simul promta et parata sint omnia, et si vel cuncta paraveris, improvisi tamen casus, qúalis ille fuit, de quo modo diximus, non sunt in potestate nostra. Multa etiam per hos duos annos inter legendum subnata, quae jam suo loco inseri non poterant; multa ab aliis suppeditata; alia denique, ut dixi, serius animadversa. Sic paulatim Additamentorum succrevit Spicilegium satis copiosum, cui ne lectionum e membranis enotatarum supplementa, suo quamque loco, insererem, obstitit *Paulssenii* voluntas, cui repugnare non poteram, quum is ob plurimas causas totum hoc observationum suarum syntagma, peculiari libello, qui et a reliquo notarum nostrarum volumine sejungi posset, mallet exhiberi. Quae quum ita essent, ut aliqua tamen ex parte lectorum commodis prospicerem, de iis locis, quae ex nova membranarum comparatione in textu emendari posse videbantur [4]), in Addendis, huic Praefationi subjectis, breviter monui.

---

4) Haec loca pro amplitudine operis numero sunt paucissima. In his duo potissimum reperi, in quibus lectionum ex Codice nunc demum erutarum ope sensus praeclàre juvatur: unus Cap. IX. nr. 556. v. 6. *ἐγνιώθην*; alter Cap. XI. nr. 348. v. 2. *πατρολέτωρ*. Reliqua minoris momenti videntur. Sic duobus in locis membr. *κρέσσονα* offerunt, ubi *κρείσσονα* edidi; bis *τοῦτο* pro *ταῦτα*; *παθῶν* pro *κακῶν*; *μαστὸν* pro *μαζόν*; *πανδερκέα* pro *πολυδερκέα*; et quaedam alia hujus generis, ubi nostra lectio, quamvis per se bona, cum membranarum lectione permutanda est.

Hoc igitur primum erat, quod, dum hoc volumen typis exscribebatur, opportune accidit, supplementorum, dico, ex Codice Palatino accessio. Alterum erant symbolae doctorum quorundam virorum benevolentia ad criticum apparatum nostrum humanissime collatae. Inter quos εὐεργέτας nostros primo loco nominandus est *Augustus Seidlerus*, Professor Halensis meritissimus, vir ob egregiam eruditionem cum pari conjunctam acumine inprimis illustris. Hic quum inter libros suos *Suidae* haberet exemplar Kusteriani, cujus margines *Iacobus Gronovius* variis lectionibus ex Codice Lugdunensi excerptis opplevit, illarum lectionum in versibus a Lexicographo laudatis specimen ultro ad me misit, reliqua quoque, si vellem, missurus. Non me fugiebat libri Lugdunensis praestantia, quippe quam cum ex *Gronovii* contra *Kusterum* scriptis, tum ex testimonio a *Valckenario* ei tributo in Callimachi Elegiarum Fragmentis p. 182, cognitam habebam. Quare quum conditio a *Seidlero* mihi oblata esset gratissima, neque tamen a me impetrare possem, ut viro doctissimo variarum lectionum in meam gratiam excerpendarum onus imponerem, rogavi eum, ut mihi *Suidae* sui usum concederet, dum lectiones, quae ad Anthologiam facerent, inde excerpsissem. Facile precibus meis annuit vir humanissimus; allatus est liber, quum typothetae jam ad Notarum paginam 257

pervenissent. Hinc factum est, ut varietas lectionis eorum locorum Lexicographi, quae in foliis tum jam impressis commemorantur, non ad illa ipsa loca in Notis, sed in Addendis indicanda esset. Caeterum nec haec accessio parvi aestimari debet. Quum enim *Suidae* Lexicon inter fontes lectionum Anthologiae non infimum locum teneat, operae pretium videri debet, hunc fontem a sordibus, quibus vehementer inquinatus est, purgari. Ut autem totam illam farraginem a correctoribus valde interpolatam esse constat, ita Anthologiae fragmenta passim emendata videntur, cum ex Sylloge Planudea, tum etiam ex ingenio. In plurimis hujusmodi locis liber Vossianus Lugdunensis Palatini Codicis lectiones exhibet; qua re *Suidae* cum illo codice conspiratio, de qua et olim dixi (in Prolegomenis ad Animadversiones p. LXXIX.) et nuper in Praefatione ad primum hujus editionis volumen p. XIX. monui, nunc in clariore quam antea luce collocata est.

Inter eos, qui de meis in Anthologiam studiis per hos annos bene meruerunt, non praetereundus est is, quem utraque hujus operis praefatio cum laude commemorat, *Chr. Fr. Graefius*, Eques, vir eruditissimus, qui insignes quasdam de veteribus epigrammatis conjecturas per litteras mecum communicavit, plures etiam in Epistola critica de Bucolicis graecis, anno hujus seculi decimo quinto Petropoli edita, expromsit. Ex his quoque eae, quae

ad prima Anthologiae nostrae capita spectabant, libro illo serius ad nos allato, in Addenda debuerunt referri. Commemorantur in his praeterea *Friderici Henrici Bothii*, viri et antiquarum et recentiorum litterarum peritissimi, emendationes manuscriptae, excerptae illae ex Anthologiae Epitome, a viro doctissimo concinnata criticisque passim observationibus instructa; quam quum mecum ob alias quasdam causas communicasset, rogavi eum, ut conjecturis, quae mihi probabiles essent visae, liceret uti. Quod *ille*, qua est humanitate, facile concessit, aliasque etiam in litteris ad me datis adjecit, quibus, si vellem, uterer. Gratiae habendae sunt etiam viro clarissimo, *Ioanni Francisco Boissonadio*, graecarum litterarum in Gallia inter paucos statori, qui emendationes quasdam suas, ex commentario ad *Eunapium,* qui jam diu avide exspectatur, et ex notis ad *Lucae Holstenii* epistolas, in quibus edendis nunc cum maxime versatur, excerptas, sponte ad me misit; *Francisco Passovio*, Professori Vratislaviensi doctissimo, cui plura debeo diversis temporibus in Anthologia acute animadversa; *Welckero* denique, antiquarum litterarum in Georgia Augusta Professori, cujus cum alia mihi ad Anthologiam profuerunt scripta, tum observationes nonnullae ex instructissimo ejus penore depromtae et per litteras mecum communicatae de Inscriptionibus quibusdam metricis, quae quum diligentiam meam fugissent, nunc in Addendis exhibitae leguntur.

Jam quum pietatis officio erga eos, qui voluntate sua et benevolentia de opere a nobis suscepto bene meruerunt, eruditione et doctrina labores nostros sublevarunt, utcunque satisfecerim, praefandi finem faciam, postquam verbum de Commentario critico, qui hoc volumine continetur, addidero. Hunc ne quis existimet ex Animadversionibus, octo olim a nobis voluminibus editis, esse excerptum, illae praecipue in interpretatione versantur, quam in his notis raro attigi. Nam quum in iis hoc inprimis agerem, ut textus a me constituti rationem redderem, fontes uniuscujusque lectionis, quae non ex Palatino codice derivata esset, sedulo indicavi, causis etiam immutatae lectionis, ubi necesse esset, breviter allatis. Brevitatis enim studiosissimus fui. Passim tamen, occasione oblata, conjecturas de corruptis aliorum scriptorum locis interposui, et ut taedium fallerem, et quod ejusmodi diverticula eruditis viris non displicere noveram. Ut autem omnia, quae in hac notarum farragine continentur, facile inveniri possent, Indicibus additis prospexi. Scribebam Gothae VI Idus Apriles MDCCCXVII.

ADDENDA.

ADDENDA

ad Praefationem Voluminis Primi.

Ad pag. XXXVII. not. 37. Locus in epigramm. *Antipatri* Cap. IX. nr. 10. Tom. II. p. 8. *οὔπω δ' ἦν πέτρῃ ἴκελος χρόα*, ubi erat, quum, hiatus tollendi causa, mutatis verborum sedibus scribendum existimarem: *οὔπω δ' ἦν ἴκελος πέτρῃ χρόα*, admonet, ut de illo hiatuum genere, quod ex longarum vocalium in arsi positarum aut inter se, aut cum brevibus concursu oritur, paucis disseram, hactenus saltem, ut quae hujusmodi hiatuum exempla in Anthologiae epigrammatis occurrunt ad calculum vocem, ut appareat, quales hoc genus poëtae admiserint, quibusque de causis, et a quibus abstinuerint.

Ac primum quidem se nobis offerunt hiatus illi, a quibus nec scena attica abhorruit, ex concursu interjectionis cum nomine nati, sicut *ὦ ἄνα*. IX. nr. 91. *ὦ ἄνερ*. Append. nr. 310. *ὦ Ἑλικών*. XI. nr. 24. (*Callimach.* Lav. Pallad. v. 90. *ὦ ὄρος, ὦ Ἑλικών*.) *ὦ ἄλλιστ' Ἀΐδη*. VII. nr. 643. *ὦ ἐμὸν ἐκμήνας*. VII. nr. 99. *οἲ ἐμὲ δειλήν*. IX. nr. 408. *ὦ ἴτε Δήμητρος*. IX. nr. 147. *ὦ ἴτ' ἐπ' ἐμπορίην*. X. nr. 6. *φεῦ ἐλεεινέ*. VII. nr. 286. *φεῦ ἀπὸ τοσσατίου*. IX. nr. 425. quae omnia non magis offendunt, quam in scena attica *ὦ οὗτος*, *ὦ Ἡρακλεῖς*, et similia. In interjectionibus enim arsis vim suam vel maxime exserit, qua efficitur, ut hujusmodi hiatus auribus non sint molesti; ut nec in interrogationibus, v. c. ap. *Agathiam* X. nr. 64. *Πῆ ἔβαν ἐξαίφνης ἀγχίποροι κόλακες;* eandem ob causam.

Cum hoc genere proxime conjunctum est illud, quod in epigrammatis maxime est obvium, ubi longam vocalem praepositio sequitur, (aut verbum cum praepositione compositum,) aut aliud hujusmodi vocabulum, quod cum proximis verbis sensu arctissime copulatur. Tum enim vocales illae, in quibus hiatus inest, et caesurâ simul et sensu ita a se invicem sejunguntur, ut earum concursus sine offensione aurium toleretur. Nec facile hujusmodi hiatum in Anthologia reperias,

nisi in diphthongo, aut longa vocali, cui iota praeterea adscriptum, nunquam, si recte memini, in vocalibus simplicibus. Hujus generis exempla apud eos poëtas, qui in censum venire possunt, nam christianorum epigrammatum auctores et *Gregorium Nazianzenum* non moramur, reperi fere haec. Cap. VII. nr. 153. in epigr. *Homeri* aut *Cleobuli*, πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ. In Planud. nr. 160. *Plato:* περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ. VII. nr. 536. *Alcae. Mess.* οὐδὲ θανὼν ὁ πρέσβυς ἑῷ ἐπιτέτροφε τύμβῳ. ubi etiam ἐπὶ τέτροφε bene haberet. VII. nr. 641. *Antipater:* προφυγόντα γαληναίῳ ὑπ' ὀλέθρῳ. Id. IX. nr. 82. καὶ γὰρ Ἴων ὅρμῳ ἐνικάππεσεν. VI. nr. 345. *Crinagoras:* σῇ ἐπιμειδήσαντα γενεθλίῃ. VII. nr. 371. *Idem:* κεῖμαι δ' ἐν ξείνῃ, ἐπὶ χερμάδι. IX. nr. 276. πνεῦμα δ' ὁμοῦ πενίῃ ἀπελύσατο. Ib. nr. 419. *Idem:* οἷοι γὰρ οὐδὲ πέριξ δρυτόμοι ἀπεφαιδρύναντο. Ib. nr. 430. *Idem:* νηδὺς δὲ τριτοκεῖ ἀνὰ πᾶν ἔτος. Ib. nr. 555. *Idem:* ἐπ' ἰχθύσι καὶ ὑπὸ μαίρῃ. X. nr. 24. *Idem:* Θρήϊκι διωκομένῳ ὑπ' ἀήτῃ. VII. nr. 294. *Tull. Laur.* τὸν ἀλιτρύτου ἀπὸ κύμβης. quem locum frustra olim tentavi. VI. nr. 238. *Addaeus:* ὁ δέ που βαθέῃ ἐνὶ ποίῃ. VI. nr. 332. *Hadrianus:* πέρσεν ὑπερθύμους ᾧ ὑπὸ δουρὶ Γέτας. XI. nr. 399. *Apollinaris:* Γραμματικός ποτ' ὄνῳ ἐποχούμενος. IX. nr. 121. v. 2. ποταμῷ ὑπέθηκε γένειον. Ib. nr. 134. *Palladas:* φάσματα ὡς ὕπνῳ ἐμβάλλετε. Append. nr. 1. *Agathias:* καὶ μαρναμένῃ ὑποείκειν. VII. nr. 42. *Incert.* αἱ δέ οἱ εἰρομένῳ ἀμφ' ὠγυγίων ἡρώων. Ib. nr. 158. εὐκτιμένῃ ἐνὶ Ῥώμῃ. IX. nr. 194. ἀρξάμενος πρώτου ἀπὸ γράμματος. Ib. nr. 207. τεῷ ἐνικάτθετο θυμῷ. IX. nr. 802. μορφὴν τήνδ' ὁράᾳς ζώῳ ἐναλίγκιον ἵππῳ. XIV. nr. 124. τριτάτῃ ἐπὶ μοίρῃ. Ib. nr. 149. in Oraculo: εὐρρήτου ἀπὸ κόρσης. In Planud. nr. 335. ἔπρεπε μὴν χρυσέῳ ἐν ἀγάλματι. Append. nr. 103. ἄρτι γὰρ εὐμόχθου ἐπὶ γυμνάδος. Ib. nr. 120. ἄνθεα πολλὰ γένοιτο νεοδμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ. Ib. nr. 278. μακάρων νήσους θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ. Ib. nr. 334. Σαλαμίνιος ᾧ ἐνὶ χερσίν.

Quum horum hiatuum, qui apud optimos quosque versuum artifices creberrimi, causa sit ea, quam diximus, mirari quis possit, quum ejusmodi hiatus admissos videat passim, licet exempla illis longe pauciora sint, sequente praepositione in anastrophe posita. In talibus enim, dum hiatus syllabas sejungit, anastrophe easdem conjungi jubet. Nec tamen propterea ejusmodi loca pro vitiosis habenda sunt, nec poëtarum negligentiae tribui debent. Si enim praepositio pertinet ad eam vocem, quae praecedit, illa et sensu et pronuntiatione ita cum praece-

dente copulatur, ut ambae pro uno habendae sint vocabulo, in quo vocalium concursus non est molestior, quam in verbis ἀΐω, ὀΐω, ὀΐομαι, χηῶν, ἠΐονιος, αἰών, et innumeris aliis. Ut igitur apud *Apollonium Rhodium* L. I. 285. bene legitur, ᾧ ἔπι πολλήν. Ib. 286. ᾧ ἔπι μούνῳ. Ib. 1234. ῥόῳ ἔνι. sic etiam ap. *Alcae. Mess.* Cap. VII. nr. 1. Ἴῳ ἔνι. ap. *Crinagor.* VII. nr. 683. μόρῳ ἔπι. IX. nr. 362. ᾧ ἔπι. XIV. nr. 135. μοίρῃ ἔνι. ap. *Niciam* in Planud. nr. 188. ᾧ ἔπι παῖδες. In Append. nr. 111. νοῦ ἄπο. Ejusdem generis est hiatus, quem articulus facit cum nomine suo, ut VII. nr. 519. *Callimach.* τῇ ἑτέρᾳ κλαύσαντες ἐθάπτομεν. Ib. nr. 663. *Leonidas*: Μήδειος τὸ μνᾶμ' ἐπὶ τᾷ ὁδῷ. Ubi vero articulum praecedit vocalis longa, ut ap. *Pallad.* X. nr. 53. κτεῖνεν ἄν, εἰ ὁ Κρόνος, ibi non alia excusatione utendum videtur, quam arctae articuli cum nomine conjunctionis, qua caesura juvatur, hiatus mollitur. Exempla tamen hujus generis paucissima sunt; in Anthologia fortasse praeter id, quod laudavimus, nullum. Frequentiora sunt exempla articuli brevis ὁ et τὸ hiatum facientis, ut τὸ ἔθος et similia; cujus generis loca ex Anthologia laudavimus ad Cap. VI. nr. 79. p. 140.

Proximum locum tenent hiatus ii, qui distinctione, caesuram juvante, molliuntur. Hi tamen in epigrammatis sunt paucissimi. *) Sic *Leonidas* VII. nr. 736. μὴ φθεῖρευ, ἄνθρωπε. *Strato* XII. nr. 246. τῷ μὲν ἀποστείχει, ὁ δ' ἀπέρχεται. *Zosimus* IX. nr. 40. ἀλλὰ καὶ

*) Frequentiores sunt hiatus hujus generis in iis Anthologiae poëmatiis, quae solis heroicis constant versibus, in Oraculis, Inscriptionibus. Sic in Inscriptionibus Triopeis, quas dedimus in Appendice nr. 50 et 51. p. 772. in centum fere versibus numeravi sedecim. Qua re infirmari quis existimaverit conjecturam *Ennii Quirini Visconti*, viri eruditissimi, has inscriptiones referentis ad *Marcellum Sidetam*, in cujus fragmentis aliis hujusmodi hiatuum exempla sane quam paucissima. Sed potuit hic in his Inscriptionibus antiquitatis quandam speciem sectari, ut certo in verbis ipsis gravitatem aucupatus est, quam longarum vocalium concursus non parum adjuvat. Et Herodis etiam, in cujus gratiam illas Inscriptiones composuit, peculiari antiqui sermonis studio et amori non nihil indulsisse videri potest.

ἐκ πόντου, ὁπότ' ἔσχισε νῆα θάλασσα. *) *Iulian. Aeg.* IX. nr. 798. ἐκ φύσεως τέχνη· οὐ γὰρ φύσιν εὕρετο τέχνη. *Incert.* XI. nr. 298. ἡ δὲ γυνή, ἅτε πᾶσα γυνή.

Cum hoc genere jungamus illud, cui necessitas originem dedisse videtur, in propriis illud nominibus maxime obvium, praesertim longiore vocabulo praecedente. Utrumque hoc excusationi est hiatui ap. *Incert.* IX. nr. 523. Καλλιόπη πολύμυθε μελισσοβότου Ἑλικῶνος. in quo nomine hiatus etiam admissus a *Dioscoride* VII. nr. 407. ἢ Ἑλικὼν εὔκισσος. ab *Arato* Phaen. v. 216. καθ' ὑψηλοῦ Ἑλικῶνος. 218. οὐ γάρ πω Ἑλικὼν ἄκρος κατελείβετο πηγαῖς. *Theocrit.* Eid. XXV. 209. τὸ μὲν αὐτὸς ὑπὸ ζαθέῳ Ἑλικῶνι Εὑρών. quibus omnibus praeivit *Hesiodus* Theog. v. 7. ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χοροὺς ἐνεποιήσαντο. — Ejusdem est generis in Peplo *Aristotelis* T. II. p. 751. v. 19. Ἀτρείδεω Ἀγαμέμνονος. par illud Homerico Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος, et Od. μ. 378. Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος. et illud ipsum Ἰλ. β. 185. λ. 231. In eodem Peplo v. 41. υἱὸν ὑπερθύμου Ἀνδραίμονος. simile Homerico ἀντιθέου Ὀδυσῆος. Od. υ. 369. φ. 254. Hujus generis est ap. *Magnum Medicum* in Planud. nr. 270. μέλαθρα πολυκλαύτου Ἀχέροντος. ut *Apollon. Rhod.* I. 644. ἀποιχομένου Ἀχέροντος. *Theocrit.* Eid. XVI. 31. μύρηαι ἐπὶ ψυχροῦ Ἀχέροντος. Ib. v. 41. σχεδίαν στυγνοῦ Ἀχέροντος. Adde his *Crinagoram* X. nr. 24. φρὴν ἱερὴ μεγάλη Ἐνοσίχθονος. *Alcae. Mess.* VII. nr. 1. νήσων πόντῳ Ἴος. *Incert.* XIV. nr. 24. παιδοφόνου Ἑκάβης. Append. nr. 182. Εὐρυδίκη Ἱεραπολιῆτις. ut *Apollon. Rhod.* L. I. 1109. λυσάμενοι Ἱερῆς. Locus *Lucillii* XI. nr. 107. κεῖται δ' ἡ Τιτυῷ ἐναλίγκιος — ad aliud genus pertinet, quod paulo ante commemoravimus. Quae supersunt exempla, ea etiam distinctio juvat. *Dioscorid.* VII. nr. 407. ἢ Κινύρεω νέον ἔρνος ὀδυρομένη, Ἀφροδίτη ... *Antip. Thess.* IX. nr. 26. Πράξιλλαν, Μοιρώ, Ἀνύτης στόμα. In versu *Incert.* IX. nr. 511. δαιδάλλειν ἀγανοφροσύνῃ, ἐτέλεσσα δὲ χαίρων, qui est in tristicho heroico, hiatus et longitudine vocabuli et distinctione excusatur.

---

*) Non infrequentes hiatus ante ὅτε et ὁπότε. ut *Apoll. Rh.* L. I. 632. δείματι λευγαλέῳ, ὁπότε Θρηΐκες ἴασι. *Aratus* v. 292. νότοι, ὁπότ' αἰγοκερῆϊ. 569. ἀφαυρότατοι, ὅτε Καρκίνος. 700. Κενταύρῳ ὁπότ'.

Ultimo loco reservavimus hiatus illos, quos *Homeri* exemplum, heroicorumque poëtarum, qui ab *Homero* pendent, auctoritas tuetur. Cujus generis est locus, qui huic disputationi occasionem dedit, *Antipatri* IX. nr. 10. *οὔπω δ' ἦν πέτρῃ ἴκελος χρόα.* ad quem in Notis p. 453. loca Homerica excitavi. Sed hujus quoque generis exempla in epigrammatis paucissima sunt. Quaedam in particula disjunctiva ἢ (quo hiatu etiam *Callimachus*, *Aratus*, *Apollonius* usi sunt saepissime), ut *Crinagor.* IX. nr. 516. *ἢ ἀγαθόν.* (*Theogn.* v. 957. *ἀπ' ἐμεῦ ἀγαθόν.* Ib. 1053. *σῷ ἀγαθῷ τε νόῳ.* *Solon.* Fragm. XIII. 1. *πλουτεῦσι κακοί, ἀγαθοί.*) *Zonas* IX. nr. 226. *ἢ ἴον, ἢ μάλων.* In nonnullis particulam disjunctivam excipit praepositio, ut ap. *Crinagor.* VII. nr. 645. *ἢ ἐπὶ Νείλῳ.* ubi *Brunckius*, *ἢ ῥ' ἐπὶ Νείλῳ.* Interposita littera nunc necessaria non videtur. *Antipater* IX. nr. 143. *ἐγὼ δέ σοι ἢ ἐν ἔρωτι.* *Cyrus* IX. nr. 136. *ἢ ὑπὸ πέτρης.* (Sic etiam *Aratus* Phaenom. v. 713. *ἢ ἐπὶ ταύρῳ.* *Callimach.* H. in Del. 94. *ἢ ἀπὸ δάφνης.* Ib. 114. *ἢ ἐπ' ἐμεῖο.* Lav. Pallad. 47. *ἢ ἐς Ἀμυμώνην.*) Ex eodem genere haec sunt: *Incert.* I. nr. 100. *ῥόος χθόνα οἶδε ποτίζειν.* et in Append. nr. 317. *εὖ εἰδώς.* *Callimach.* VII. nr. 519. *Δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε.* (ut *Theognis* 375. *εὖ οἶσθα.*) *Crinagor.* IX. nr. 81. *μὴ εἴπῃς.* *Thymocles* XII. nr. 32. *ὅτε σοι* (sic cum *Schaefero*) *ἔπος ἱερὸν εἶπον.* (Cf. *Spitzner.* de versu Gr. her. p. 124.) *Pallad.* IX. nr. 174. *μισθὸν ὅλον ἔτεος.* ut *Homer.* Od. τ. 484. *εἰκοστῷ ἔτεϊ.* *Apollon. Rhod.* I. 688. *τελλομένου ἔτεος.* Huc fortasse retuleris etiam VII. nr. 665. *Leonid.* v. 3. *ὤλεσε καὶ Πρόμαχον πνοιὴ ἅμα.* (Od. κ. 208. *βῆ δ' ἰέναι, ἅμα τῷγε.* Ib. τ. 376. *τῷ σε πόδας νίψω, ἅμα τ' αὐτῆς.* *Apoll. Rhod.* III. 916. *ἦγε διὲκ πεδίου· ἅμα δέ σφισιν.* quae tamen omnia nonnihil sunt diversa.)

* * *

Non abs re fuerit, pauca addidisse etiam de altero genere hiatus, quod nascitur ex concursu brevis vocalis cum alia aut brevi aut longa. In hoc quoque genere usus non nullam et auctoritatis vim fuisse nunc satis constat, ita ut verba ap. *Flaccum* VII. nr. 650. (de quo loco minus recte statueram in Praefat. p. XXXVIII. not. 37.) *φεῦγε θαλάσσια ἔργα*, non magis tentanda sint, quam in Append. nr. 292. *τά σ' ἀρήϊα ἔργα.* et XII. nr. 209. *καὶ τὰ πρὸ ἔργων.* Append. nr. 141. *ἐμμὶ δὲ ἔργον.* in christianis denique I. nr. 84. *τελεσφόρα ἔργματα.* Ejusdem generis est in Append. nr. 317. *ὅσσα ἔοικε.* et alia

quaedam, de quibus in notis passim monuimus *). Sed de his et aliis hiatuum generibus satis tradiderunt viri doctissimi, *Hermannus, Spitznerus, Friedemannus, Gerhardus*, alii; nos de illo agamus, quod in epigrammatis fere solum dubitationem potest injicere, quippe a quo ne optimi quidem versuum artifices abstinuerunt, orto illo ex concursu brevis vocalis cum alia in fine ordinis, praesertim in fine quarti pedis hexametri collocata, plerumque sensu etiam cum voce finito **). Sic enim, voce simul cum sensu inhibita, pausa existit, qua hiatus offensio fere evanescit. At vel sic tamen poëtae epigrammatici raro hiatum admiserunt, nisi in nomine proprio, aut in vocabulo polysyllabo i. e. eo, quod quatuor saltem syllabis constat, aut cum praepositione conjunctum est, quae syllabae defectum explet. Nomen proprium est in his: VII. nr. 662. *Leonidas: αἴ, αἴ λυγρὰ παθοῦσα, Πειριστερί, ὡς ἐν ἑτοίμῳ.* VII. nr. 230. *Erycius: αὐτά τοι φονίαν, Δαμάτριε, αὐτίκα λόγχαν.* ***) Longiora autem vocabula in his: VI. nr. 264. *Mnasalcas: ἀνδρὶ κορυσσαμένα σὺν ἀριστεῖ, ὅς μ' ἀνέθηκεν.* IX. nr. 240. *Philippus: ζωὴν*

---

*) Iis vocabulis, quae brevem vocalem praecedentem ferunt, annumerandum est ἦθος. *Hesiod.* *Ἔ. καὶ Ἡ.* 697. ἵνα ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς. Od. ξ. 411. κατὰ ἤθεα κοιμηθῆναι. unde fortasse defendas *Paul. Silent.* in Ecphr. S. Soph. II. 51. ἔνθα γὰρ ἀλλήλων ἀπονεύμενα, ἤθεσι τέχνης. ubi hiatum tollendum existimat *Gerhard.* in Lectt. Apollon. p. 205.

**) Hujus generis est versus *Virgilii* Aen. I. 405. *et vera incessu patuit dea: ille uti matrem...* quem excitavit *Hermannus* Elem. Doctr. Metr. p. 63.

***) Sic etiam *Theognis* v. 993. (971) *Εἰ θείης, Ἀκάδημε, ἐφίμερον ὕμνον ἀείδειν.* Frequentius hic poëta hiatum in pausa admittit. Sic v. 831. (809) *πίστει χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ' ἐσάωσα.* ubi frustra verborum transpositionem tentaveris. V. 1085. (1043) ubi Cod. Mutin. *δήμων ἄξιοῖ δὲ πολλά φέρειν βαρύ· οὐ γὰρ ἐπίστῃ.* *Welckerus* in Fragm. Alcman. p. 85. corrigere tentavit: *Δήμωναξ, σοὶ πολλὰ φέρειν βαρύ.* V. 1141. (1097) *εὐσεβέων δ' ἀνδρῶν γένος ἔφθιτο, οὐδὲ θέμιστας.* V. 1195. (1147) *μή τι θεοὺς ἐπίορκον ἐπόμνυθι· οὐ γὰρ ἀνεκτόν.* V. 1287. *ἀλλά σ' ἐγὼ τρώσω, φεύγοντά με, ὥς ποτέ φασιν.*

νηπιάχῳ δ' ἐχαρίσσατο· ἄρ' ἀπὸ Ἥρης *). Ib. nr. 254. *Idem:* ἀλλοτρίαις ὠδῖσιν ἐφώρμισα· ἢ γὰρ ἐώλπειν. ubi conjecturam in margine propositam rectius repudiavi in Notis. VII. nr. 681. *Palladas:* Γἶσαι, Μοιράων τροχαλώτεροι· ἐκ προκοπῆς γάρ.. XI. nr. 279. *Lucillius:* οὐδεὶς γραμματικῶν δύναταί ποτε ἄρτιος εἶναι, ubi δύναταί ποτε pro vocabulo quinquesyllabo habendum. Lectio tamen minus certa, quum ἄρτιος in membranis desideretur. XI. nr. 400. *Lucianus:* ἵλαθι, Γραμματική, φυσίζοε, ἵλαθι λιμοῦ... IX. nr. 512. *Incertus:* κοιράνου Αὐσονίοισι διδάσκαλε, ἵλαος εἴης. In Planud. nr. 121. αὐτὸν Ἀλέξανδρον τεκμαίρεο· ὧδε τὰ κείνου.. His exemplis adjungere non dubito versum *Posidippi*, aut *Asclepiadis* V. nr. 209. quem me recte refinxisse existimo: Σῇ, Παφίη Κυθέρεια, παρ' ἠόνι εἶδε Κλέανδρος Νικοῖν. cui hiatui favet etiam usus homericus, de quo vid. *Spitzner.* de vers. Gr. her. p. 130. Breviorum vocabulorum hiatum facientium exempla haec inveni; IX. nr. 17. *Germanicus:* ἐκ πυρός, ὡς αἶνος, πίσεις εἰς φλόγα· ἢ ῥά σε δαίμων... ubi V. D. φλόγας legendum suspicatur; fortasse citra necessitatem. IX. nr. 775. *Glaucus:* Ἡ Βάκχη Κρονίδην Σάτυρον θέτο· εἰς δὲ χορείαν. XI. nr. 424. *Piso:* Γαίης ἐκ Γαλατῶν μηδ' ἄνθεα· ἧς ἀπὸ κόλπων. IX. nr. 584. v. 21. εἴ τοι Ἀθηναίης πέλει ἔργα, ὥριον ἤδη. Appendix nr. 215. Incertus: οἷος ἔφυς πραπίδας, οἷος χρόα, οἷος ἰούλους. Quae omnia sunt recentioris commatis. **)

---

*) In hoc versu legendum suspicabar: καὶ γὰρ ἀφ' Ἥρης... Prior hiatus nihil habet offensionis, recteque monuit *Hermann.* ad Orpheum p. 741. tertiam personam verbi passivi hiatum facere ap. Homerum. Cf. *Theocrit.* Eid. II. 154. Eid. XIX. 5. *Bion.* Eid. I. 26. στάθεα δ' ἐκ μηρῶν φοινίσσετο· οἱ δ' ὑπομαζοὶ... Sed ἀπὸ Ἥρης in *Philippi* epigr. vix feras. Cf. *Hermann.* ad Orph. p. 735. *Spitzner.* de versu Gr. her. p. 129. Suspicari possis, legendum esse: ἢ ῥ' ἀπὸ πειρης

Ἡρακλέης βρεφέων ᾤκτισεν ἡλικίην.

sed Ἥρης commemorationem obliterari nolim.

**) Apud *Theocritum,* quo nemo frequentius inter vetustiores rhythmo bucolico usus est, in tanto numero versuum, qui pausam habent in fine quarti pedis, mireris sane vix quinque aut sex hiatuum in illa sede exempla reperiri. Unum horum Eid. XIX. 8. χὠ τυτθὸς

Ut autem hoc genus hiatus, qui in quarti pedis terminatione occurrit, *Homerum* auctorem habuit, (vid. *Heyn.* Exc. ad 'Ιλ. XV. T. VII. p. 136.) ita, eodem auctore, praestantissimi versuum artifices hiatum admiserunt in medio tertio pede, in caesura trochaica. Verum et hujus generis in epigrammatis exempla sunt admodum pauca. Sic *Plato* Cap. VII. nr. 265. *ναυηγοῦ τάφος εἰμί· ὁ δ' ἀντίον ἐστὶ γεωργοῦ.* ubi in Notis p. 281. hiatum conatus sum tollere, ratione satis leni, sed fortasse inutili. Similiter certe *Theocritus*, qui majore tamen in heroicis utebatur licentia, Eid. XXII. 116. *εἰπὲ θεά, σὺ γὰρ οἶσθα· ἐγὼ δ' ἑτέρων ὑποφήτης.* Idem Eid. XXIV. 71. *τὼς ἔλεγεν βασίλεια· ὁ δ' ἀνταμείβετο τοίως.* et, quod paulo est durius, Eid. XIII. 24. *αἰετὸς ὡς μέγα λαῖτμα, ἀφ' ὧ τότε χοιράδες ἔσταν.* ubi eodem sensu potuisset scribere: *λαῖτμ', ἐξ ὧ.* Ad Anthologiam revertor. Legitur ibi X. nr. 5. in epigr. *Thyillii*, *σχοίνους μηρύεσθε· ἐφ' ὁλκάδα φορτίζεσθε.* fortasse recte. Si tamen Cod. offerret, quod in Notis conjeci: *σχοίνους μηρύεσθ'· ἐπὶ δ' ὁλκάδα*... id lubens amplecterer. *)

μὲν ἴῃς, τὰ δὲ τραύματα ἄλικα ποιεῖς. sustulit *R. Porson*, *ταλίκα* legens, ap. *Gaisford* in Poet. Minor. T. II. p. 148. Caeterum in exemplis, quae hactenus ex Anthologia attulimus, omnibus sensus simul cum vocabulo, quod hiatum facit, terminatur. Ejus generis, ubi praepositio, ad nomen in quinto pede positum pertinens, quartum pedem finiat ante vocalem, unum hoc in Anthologia inveni exemplum in Append. nr. 275. *οὕνεκεν οὐκ ἔφθην χλαῖναν περὶ αὐχένι θέσθαι.* Sed sic etiam *Theocritus* Eid. XXIV. 22. *'Αλκμήνας φίλα τέκνα· φάος δ' ἀνὰ οἶκον ἐτύχθη.* et Eid. XXV. 45. *εἰ δ' ὁ μὲν ἄρ κατὰ ἄστυ μένει παρὰ οἷσι πολίταις.* (ut ap. *Homer.* Od. α. 119. *καὶ μετὰ οἷσι φίλοισι.* quemadmodum etiam in altero exemplo hiatus *Homeri* auctoritate defenditur.) et *Apollon. Rhod.* L. IV. 1479. *τὼς ἰδέειν, ὥς τίς τε νέῳ ἐνὶ ἤματι μνήμην.* Apud *Hesiodum* autem Theog. v. 727. recte emendasse videtur *Heynius: τριστοιχεὶ κέχυται δειρὴν πέρι· αὐτὰρ ὕπερθεν.* Caeterum praepositio haud raro quartum pedem terminat, sine hiatu tamen, apud optimos quosque poëtas, apud nullum fortasse frequentius, quam apud *Nonnum.*

*) Sic etiam *Apollon. Rhod.* L. II. 338. *ἄψοῤῥοι στέλλεσθε· ἐπεὶ*... Ibi editio Flor. *στέλλεσθαι*, probante *Brunckio* in Addendis ad

Recentioris commatis haec sunt: IX. nr. 607. *αἱ Χάριτες λούσαντο· ἀμειψάμεναι δὲ λοετρόν.* Ib. nr. 384. in Mensibus Romanis v. 9. *οἴγεται ἄρτι θάλασσα· ἐφοπλίζοιτε δὲ νῆας.* Append. nr. 70. *βίβλοις ἐγκατέθεντο· ἀποσκόπιοι δ' ἀφάμαρτον.* Hiatus in primo pede occurrentis nonnisi unum notavi exemplum. IX. nr. 70. *Mnasalcae: παῦε, ἐπεί σε μένει καὶ κατόπιν δάκρυα.* ubi *Planudes παῦσαι* habet. vid. Not. p. 467. unum etiam in secundo pede L. XIV. nr. 129. in problemate arithmetico, quod ex solis hexametris constat: *τέμνων νηῒ· ἁλὸς πόσα λείπεται εἰσέτι μέτρα;*

Verbum addam de hiatibus in caesura pentametri, de quibus, sicut etiam de brevibus in eadem pentametri parte syllabis, docte et accurate disputavit *Fr. Traug. Friedemannus* in peculiari libello, junctim edito cum *Fr. Spitzneri* Commentatione de versu Gr. heroico. Lipsiae. 1816. Post illos hiatus, qui aut Codicum ope, aut emendatione probabili sublati sunt, parvus in epigrammatis superest numerus versuum, qui hiatu in caesura deformentur. *Nicarch.* XI. nr. 74. v. 1. *ὅλως δ' ὃ λέγω, οὔποτ' ἐπαισθάνεται.* Ib. nr. 151. *καὶ πῶς; οὐ λαλέει· οὐδὲν ὁμοιότερον.* *Ammian.* XI. nr. 15. *ἤδη σοι προλέγω, Ὠριγένης λέγομαι.* *Pallad.* XI. nr. 44. *οὐκ ἐθέλω Δόμνε· οὐ γὰρ ἔχω δόμεναι.* *Sophron.* VII. nr. 679. v. 4. *εὐγενέος Στεφάνου· ἦν δὲ νομεὺς Φαρίης.* v. 8. *οὐδ' ἐμοῦ ἐστι νόου, οὐδ' ἑτέρων στομάτων.* ubi vereor, ne nimis calide emendaverim, *κοὐδ' ἑτέρων.* *Incert.* VII. nr. 134. *οὐκέτι χρεμπτομένη, οὔτ' ἀπομυσσομένη.* Ib. nr. 699. v. 8. *πλώοιμι, στυγεροῦ ὅσσον ἀπ' Ἀΐδεω.* In his omnibus hiatus distinctione mollitur. Caret hac excusatione versus in Mensibus Rom. IX. nr. 384. v. 6. *ἴση δ' εἰκοστῷ ἤματι νὺξ τελέθει.* Ib. v. 8. *ῥίζῃ ἐπ' ἀγροτέρῃ ἥμερον ἀκρίμονα.* Sed haec prioribus illis etiam recentiora sunt, sicut etiam nonnulla in epigr. Byzantinis in aurigas, epigrammatis christianis et Inscriptionibus, ab imperitis plerumque versificatoribus profecta, quae collegi in his Addend. ad VII. nr. 679. Quare fortasse nec apud *Barbucallum* IX. nr. 425. movenda suspicio de sinceritate lectionis: *ἄμμιγα νεκροῖς Ἐνναέταις κεῖμαι ἁ πανυποτμοτάτα.* quamvis causa

---

L. II. 324. „ut hiatus ingratus tollatur." In idem inciderat *G. Wakefield* Sylv. crit. T. III. Aliud remedium proposui in Not. p. 281. quod ipsum *Gerhardio* quoque in mentem venit in Lectionibus Apollon. p. 191.

non apparet, cur ille non maluerit scribere, hiatu vitato: *ἄμμεγα κεῖμαι Νεκροῖς ἐνναέταις ἅπαν*. Superest versus in disticho IX. nr. 35. quod membr. Palatinae ad *Antiphilum* referunt, *Planudes* fortasse rectius ad *Cyllenium*, recentioris aetatis hominem, ubi legitur: *πόντος κὴν χέρσῳ εἰς ἐμὲ μηνάμενος.*

* * *

Pag. XXXIV. l. 1. pro *lare videtur*, lege, syllabis, quae exciderunt, restitutis, *postulare videtur.*

Pag. XL. l. 4. pro *ὄρτα* scribe *ὄρτο*. De ō in membr. pro ῶ posito vid. Not. p. 454.

Pag. XLVIII. l. 8. pro, *et sponte apparet*, lege, *et sponte intelligitur.*

Pag. LIII. not. 53. de loco *Tullii Laureae* supra dixi. Nihil ibi mutandum esse, monui etiam in Notis p. 287. s. vera tamen hiatus in eo causa non allata.

Ad Caput primum.

Nr. 10. v. 68. *λίνεα* codicis quomodo servari possit, quod existimat cl. *Paulssen*, equidem non video. De *δήνεα* iis, quae in Notis congessi, adde: *Hesiod.* Theog. v. 236. *δίκαια καὶ ἤπια δήνεα οἶδεν.* Stel. Athlet. VIII. *τίς ἔνθεα δήνεα τέχνης Τεύξει. Theogn.* v. 221. *ὅστις τοι δοκέει ... αὐτὸς μοῦνος ποικίλα δήνε' ἔχειν. Coluthus* v. 61. *ἐφράσσατο δήνεα μόχθων. Theodor. Prodrom*, Poëma editum ex Cod. Vatic. in Notices des Msc. T. VIII. p. 195. *ἔῤῥετ' Ἀριστοτέλους παλυμήχανα δήνεα τέχνης.*

Nr. 11. Haec verba in quatuor senarios digerenda, quod fecit *Friedemannus* in Commentat. de Mod. Syll. Pent. p. 331. De *ἀναργύροις* conf. *Suicer.* Thesaur. Eccl. T. I. p. 298. *DuCang.* Gloss. gr. T. I. p. 71. *Villois.* Prolegg. ad Homer. p. XLVIII.

Nr. 12. v. 10. Hoc poëmation cum sequente disticho cohaesisse mihi persuadere nequeo. Pro *ἐς δ' ἐμὸν ἔργον* suspicari quis possit, *αἴσιμον ἔργον*, *pium opus. Homer.* Od. ξ. 84. *ἀλλὰ δίκην τίουσι καὶ αἴσιμα ἔργ' ἀνθρώπων. Aeschyl.* Agam. 775. *Δίκα δὲ λάμπει μὲν ἐν δυσκάπνοισι δόμοις, τὸν δ' ἐναίσιμον τίει βίον. Hesych. αἴσιμον ... ἀγαθόν, συμφέρον.* Anecdot. Bekkeri T. I. p. 359. *αἴσιμα,*

τὰ προσήκοντα ... ἐνίοτε δὲ τὰ καθήκοντα ἢ τὰ ἀγαθά. Sed quum obscurum sit, in membranis ἐς δ' legatur, an ὧδ', temerarium sit, de lectione mutili loci statuere.

Nr. 13 et 14. Haec duo disticha fortasse jungenda.

Nr. 34. v. 4. κρείνσσονι. Scribe κρέσσονι. ut est in Cod. Pal. et in Ap. Goth.

Nr. 47. Scr. εἰς τὴν βάπτισιν, et iterum Nr. 48. εἰς τὴν μεταμ.

Nr. 60. v. 1. Scr. Μωσῆς. nominativus pro vocativo. In Ap. nostro habetur Μωσῆι.

Nr. 65. v. 2. θυσίαν vitium typographicum pro θυσίην.

Nr. 83. Una voce transposita rhythmum hujus versus restitues: θαύματα γράψε θεοῦ σαρκώσιος ἔξοχα πάντα. neque tamen sic ab auctore scriptum esse affirmaverim.

Nr. 99. v. 5. λιμῷ δ' ἀμβροσίᾳ. ἡ λιμὸς reperiri jam in Hymno Homerico in Cerer. v. 312. monuit *Spitznerus* de versu gr. her. p. 74. Non itaque apud Dorienses tantum femininum in usu fuit, ut dicit *Etymol. M.* p. 513. 10. ed. Lips.

Nr. 116. v. 3. *Paulssenii* nota non ad h. l. pertinet, sed procul dubio ad nr. 117. v. 2.

Nr. 118. v. 1. Scr. τῶν παθῶν. Negligentiae crimen, quo cl. P. *Spalettum* incusat, meum est. Serius animadverteram errorem calami, de quo nec sensus legentem adverterat, nec metrum. V. 3. repono προσφόρως ex Codice.

Nr. 121. v. 4. πλάκας .. θεογράφους. Iis, quae in Notis attuli, adjice *Gregor. Naz.* Or. III. Opp. T. I. p. 99. D. οἳ καὶ πλαξὶ θεοχαράκτοις ἐγγραφῆναι τὸν νόμον παρὰ θεοῦ πιστεύουσι. *Theodor. Prodrom.* Or. edita in Notit. Msc. Bibl. Paris. Tom. VI. p. 561. πλάκας θεῷ γεγραμμένας, καὶ τὰ ἐκείνου νόμιμα. *Suidas* T. III. p. 122. πλαξίν. ὅτι ἐν ταῖς θεογράφοις πλαξὶν ταῦτα ἦν γεγραμμένα.

Nr. 123. v. 3. ὑμνοπολοῦσιν. In fine epigrammatum semper addidi litteram paragogicam, etiamsi a Cod. abesset. Vid. Praefat. ad Tom. I. p. XXXI. not. 30.

Ad Caput secundum.

Christodori Ecphrasis v. 72. ἑστήκει. Hanc formam in homerica poësi unice probabat *Aristarchus*. Vid. *Heyn.* ad Ἰλ. T. IV. p. 624.

Tom. V. p. 267. Recentiores εἱστήκει scripsisse contendit *Gerhardius* in Lectt. Apoll. p. 96. idque ipsum *Christodoro* v. 561. restituendum existimat. Ap. *Tryphiodorum* utraque forma occurrit. Vid. *Schaefer.* ad v. 162. — V. 110. ῥαθάμιγγος. Pal. et Ap. Goth. ῥαθάμιγγας sensu postulante Plan. — V. 117. Scr. ὅττι καί. pro vitio typographico ὅτι. — V. 199. κρήδεμον. Corrige κρήδεμνον. V. 318. τόπερ ᾤκεεν. *Philostrat.* Imagg. L. II. 23. p. 849. τὴν Ἐριννὺν δὲ οὐκ ἂν ἴδοις. αὐτὸν γὰρ ἐσῳκίσατο τὸν Ἡρακλῆν, καὶ διὰ τοῦ στέρνου χορεύει μέσῳ αὐτῷ. — V. 393. Ἀλκμάων. *Athen.* L. IV. pag. 140. C. Αἴκλον Ἀλκμάων ἁρμόξατο. V. 410. In textu Ap. Gothani scriptum καδαλίμη, prius autem ᾱ obliteratum littera ῡ alio atramento scripta. In marg. *Spalettus* monuit, in Cod. legi καδαλίμη, ap. *Brunckium* κυδαλίμη. cui notae cl. *Uhden* addidit, ᾱ codicis correctum et κυδαλίμη emendatum esse. Haec monenda duxi, ne bono *Spaletto*, ob meam fortasse culpam aliquam, injuria fiat. Ipse autem in re manifestissima verbis peperci in Notis. In qua re si erravi, meus est error, quem aliorum existimationi obesse nolo.

Ad Caput tertium.

Nr. 2. ὄφρα μιν ἄψ ἀνάγω ἐς πέδον Ἀρκαδίης. Verbis transpositis scribendum censet *Graefius* in Epist. crit. de Bucol. gr. p. 104. ὄφρα μιν Ἀρκαδίης ἐς πέδον ἄψ ἀγάγω. In eadem tamen sede imperitissimus versificator concursum vocalium admisit Nr. 10. vers. 2. Nr. 14. v. 4.

Nr. 3. v. 1. ξύνευνον. Idem V. D. nobiscum corrigit ξυνόμευνον.

Nr. 5. v. 2. λέκτρα θέλων μιάναι. *Graefius* l. c. corrigit, μιᾶν' ἐθέλων. aut (p. 125.) θέλων μιανεῖν. At qui non dubitavit ω̆ corripere in *Βοιωτίης* nr. 16. v. 4. et in *Ῥωμύλου* nr. 19. v. 2. nec mediam in εἴασε nr. 14. v. 4. cur non idem sibi licere putaverit in μιᾶναι? Hujus licentiae exemplum in Notis attuli in eodem vocabulo et in similibus.

Nr. 6. v. 1. γηγενέα πυθῶνα μεμιγμένον ἑρπετὸν ὁλκοῖς. *Graefius* p. 105. legendum suspicatur: γηγενέα πυθῶν', ἀνελιγμένον ἑρπετὸν ὁλκοῖς. aut γηγενέοιν ὁλκοῖς. aut denique, γηγενέων πυθῶνα, μεμιγμένον ἑρπετὸν ὁλκοῖς. hoc sensu: *Python, cujus forma e serpentibus terrae filiorum mixta et composita.* Serpentes enim gigan-

tibus pedum erant loco. V. 3. correctionem nostram τόξῳ probat *Chardon* Mélanges T. II. p. 285. V. 5. 6. verba sic jungit idem: ἐξαποπνεύσει δὲ ὀδυρόμενος ῥοῖζον πικρὸν δρακόντων. *Il n'occupera donc plus à Delphes le trépied prophétique; mais il poussera (en expirant) des sifflemens lamentables. Graefius* autem existimat corrigendum esse: Δελφὸν δ' αὖ θήσει τρίπον ἔνθεον· ἐκ δὲ δράκων οἱ Πικρὸν ἀποπνεύσει ῥοῖζον, ὀδυρόμενος. „necessarius nominativus δράκων; additum οἷ ad Apollinem, *cui* exspirat Python, referendum."

Nr. 7. v. 4. ἱκέτης. ἱκέτις mecum scribendum esse, non dubitabat *Chardon* l. c. p. 289. Codicis lectionem tueri conatur *Friedemann* de Med. Syll. Pent. p. 353. quia προστάτης quoque interdum occurrat pro προστάτις. Alia quaedam exempla vide ap. *Lobeckium* ad Sophocl. Aj. p. 273. a nostro tamen nonnihil discrepantia. Me in hoc versificatore brevis syllaba in caesura non offendit. Quare ἱκέτις etiamnum verum puto.

Nr. 9. Hoc epigramma *Graefius* l. c. sic restituendum arbitratur:

Μὴ τρέμε τρηχείῃσιν ἐπὶ σπείρῃσι Σιδηροῦς,
Σαλμωνεῖ γενέτη τῷδ' ὑποτασσομένη·
οὔ σ' ἔτι γὰρ δουλώσει ἐν ἕρκεσιν, ἐγγύθι λεύσσων
Νηλέα καὶ Πελίαν τούσδε καθεζομένους.

„Poëta alloquitur Tyronem, Salmoneï filiam. Si μητέρα ab initio „servandum, tentaverim: τρηχείαις ἴδετ' ἐν σπείρῃσι Σιδηροῦς. et v. 3. „οὔτι ἑ γάρ. ut verba dicantur ad Tyronis filios, quorum nomina „versu ult. cum emphasi posita."

Nr. 10. v. 3. Idem vir doctus conjicit: ἦμος ἄρ' εἶθαρ. Hoc certe a lectione Cod. ἀφοῦθαρ proxime abest. Nec male fortasse legeris: ἦμος ὀρούσας Ὕδρος... V. 5. *Graefius* aut nostram correctionem probandam esse censet, λιπὼν Ἀσωπίδας, Εὐνοῖ, ἀρούρας. aut, suppresso Eunoi nomine, scribendum: Ἀσωπίδος αἶαν ἀρούρας, aut etiam: Ἀσωπίδος ἕδρανα κούρας.

Nr. 14. v. 4. εἴασε media correpta, cujus licentiae exempla aliquot collegi in Not. p. 945.

Nr. 15. v. 5. 6. *Graefius* tentat: καὶ σὺ πατρὸς φόνον αὐτὸς ἀπήλασας, ἐγγύθεν ἐλθών, καὶ μύθων ἐσθλῶν μάρτυν ἐπεφράσαο.

Nr. 16. v. 3. τοὔνεκα γὰρ καὶ πεφήνατε. Facile nunc praetulerim correctionem, olim a me propositam: τοὔνεκ' ἄρ' ἀμφότεροί γε πεφήνατε ἄλκιμοι ἄνδρες. quae nec *Chardono* displicebat, *Mélanges* T. II. p. 291. s.

Ad Caput quartum.

Nr. 1. v. 17. οἴνης. Fortasse scribendum et distinguendum: *Παμφίλου, οὔλοις Σύμπλεκτον χαρίης ἔρνεσι Παγκράτεος.*

Nr. 3. v. 2. *πανδαισίας. Agathiae* obversatus fuisse videtur locus *Astydamantis* apud *Athenaeum* L. X. p. 411. A.

ἀλλ' ὥσπερ δεῖπνον γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν
τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφόν.

Ad Caput quintum.

Nr. 2. v. 2. *τὴν τοῖς βουλομένοις χρυσὸν ἐρευγομένην.* Num legendum, *χρυσὸν ἀμεργομένην*, quod non multum abhorret a Latinorum, *pecuniam emungere.* Est enim id quod *ἀμέλγειν, ἐκπιέζειν.* Cf. *Eustath.* ad Il. p. 145. 16. Od. p. 326. 3. Media voce utitur *Agathias* Cap. VI. nr. 72. et *Nicander* haud semel. Quam *βαρύμισθος* noster appellat, ea *μεγαλόμισθος* est ap. *Athenae.* L. XIII. p. 569. A.

Nr. 4. v. 5. *σὺ δ', ὦ φιλεράστρι' ἄκοιτις. Passovius* me per litteras certiorem fecit, juvenem eruditum, disciplinae suae alumnum, *Wilhelmum Schneiderum*, correxisse: *σὺ δ', ὦ φιλεράστρια κοίτη.* quam lectionem verissimam dicere, minime dubito. De crebra permutatione litterarum *ις* et *η* dixi in Notis p. 153 et 525. Conversio autem sententiae plane est eadem, quae ap. *Marc. Argent.* cap. V. nr. 128. *τὰ λοιπὰ σιγῶ, μάρτυς ἐφ' οἷς λύχνος ἐπεγράφετο.* et *Asclepiad.* nr. 181. v. 11. *Βακχῶν ὅτι πέντ' ἐφίλησεν ἑξῆς, ὧν κλίνη μάρτυς ἐπεγράφετο.*

Nr. 5. v. 2. *μαραίνομαι· τῆς ἐπιόρκου..* Diphthongus h. l. ante consonantem producta omnes editores fefellit. Unus *Bothius* in not. mst. correxit: *μαραίνομαι· εἰς ἐπιόρκου ... κούρης αἴσχεα δερκόμενος.*

Nr. 13. v. 5. 6. *Passovius* servata lectione Cod. Palat. hoc distichon sic probabiliter legit et distinguit:

καὶ χρὼς ἀῤῥυτίδωτος ἔτ' ἀμβροσίην, ἔτι πειθὼ
πᾶσαν ἀποστάζει, μυριάδας Χαρίτων.

Qua distinctione admissa, verbisque *μυριάδας Χαρίτων*, quae ad

nomen puellae *Χαριτὼ* respiciunt, a reliquis separatis, mens et consilium poëtae melius apparet.

Nr. 19. v. 4. Ap. *Suidam* in *ἐπεισόδιον*. Cod. Lugd. *χρώματα* habet, ut Palat. non *χρίσματα*.

Nr. 20. v. 4. *ὡρία καλλοσύνη*. Vitium fortasse non est in *ὡρία*, sed in ultima voce, qua cum *ἀνθοσύνη* permutata, nihil erit in hoc versu, quod reprehendi queat. *ἀνθοσύνη* est pro *ἄνθος*, ut Nr. 276. v. 8. Cap. XI. nr. 365. v. 8.

Nr. 36. v. 4. *νέκταρι λειπόμεναι*. *Bothe* in not. mst. tentavit, *νέκταρ ἀλειφόμεναι*. Scribendum, ni fallor, una littera mutata: *νέκταρι λειβόμεναι* i. e. *στάζουσαι νέκταρ*. *Meleager* Cap. VI. nr. 163. *ὅπλα δὲ λύθρῳ λειβόμενα*. *Erycius* Ib. nr. 36. *τύμβος Ὑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτι*. *Hegesippus* Ib. nr. 444. *δάκρυσι νύμφα λειβομένα*. *Anyte* Ib. nr. 646. *Ἐρατοὶ χλωροῖς δάκρυσι λειβομένα*.

Nr. 38. v. 4. *δικάσεται*. *λειχάσεται* corrigit *Toup*. Em. in Suid. T. II. p. 169. ed. Oxon.

Nr. 39. v. 4. *τῶν δ' ἕνεκεν γὰρ ἴσως*. Fortasse legendum: *τῶνδ' ἕνεκέν γ' ἑ τ ά ρ ω ν οὔποτ' ἐῶ θιάσους*.

[Not. p. 64. l. 3. ab ult. Scr. *ὅρκιον* pro *ὄρκιον*.]

Nr. 54. v. 1. *μήποτε γαστροβαρῆ πρὸς σὸν λέχος*. Suspicari licet: *μήποτε γαστροβαρὲς π ρ ο σ ο ρ ῶ ν λέχος ἀντιπρόσωπον*. *λέχος* pro *conjuge*.

Nr. 195. v. 8. *μυζομένας.* *Theodorit.* ad Psalm. CXVIII. 12. p. 874. *καθάπερ μέλιτται κηρίον εὑροῦσαι τὴν τοῦ μέλιτος ἐκμυζῶσιν ἰκμάδα.*

Nr. 200. v. 3. *χεῖρα εἰς ἀραιάν.* *Gregor. Naz.* de Virginitate Carm. v. 640. T. II. p. 53. D. de muliere, *δρύπτουσα παρήϊα χερσὶν ἀραιαῖς.* Ibi paulo ante v. 632. lege: *ἄμμιγα τερπνοῖς Ἄλγεα, μι-κρὸν ἄεισμα παροίτερον ἐσθλὸν ἀτηροῦ.* pro *ἀνιηροῦ.*

Nr. 201. v. 4. Ap. *Suidam* in *ἠχέτης*, Cod. Lugd. *μετεπταμένα.* Ut hoc loco *παῖς ἠΐθεος*, sic in epigr. quod dedi ad calcem notarum p. 967. s. nr. 397. v. 5. *ἄῤῥενι δ' ἠϊθέῳ.*

Nr. 215. v. 6. *ῥαδινὰν . . . ἠϊόνα.* *Graefius* in epist. crit. in Bucol. gr. p. 46. tentat, *ῥακίλαν ἀϊόνα*, aut, *ῥαχίαν τ. παρ' ᾀονίαν*, aut denique, *κεῖμαι δ' ἐν ῥαχίᾳ, τάνδε παρ' ἀϊόνα.* Liceat his conjecturis nostram adjicere, illis certe non audaciorem:

κοιμῶμαι δ' ἀδινόν, τάνδε παρ' ἠϊόνα.

i. e. *βαθὺ κῶμα ἔχω.* *Apollon. Rhod.* L. I. 1082. *αὐτὰρ Ἄκαστος,*

Μόψος τ' Ἀμπυκίδης ἀδινὰ κνώσσοντες ἔρυντο. Id. L. III. 747. καί τινα παίδων Μητέρα τεθνεώτων ἀδινὸν περὶ κῶμ' ἐκάλυπτεν.

Nr. 218. v. 10. καὶ λιπαραὶ θνόεν ἆσθμα πνείουσι κόμαι. Ut brevis syllaba tollatur, *Bothius* in not. mst. proposuit: καὶ λιπαραὶ πνείουσ' ἆσθμα κόμαι θυόεν. Magis probo θυόειν ab *Hermanno* propositum. V. 11. ἧς ἔπι. ἧς repetitum a librario ex v. 8 et 9. Verum videtur ἧ ἔπι. Saepe sic ἧ praecedit praepositionem ἐπί. Infra nr. 645. ἧ ἐπὶ Νείλῳ. *Aratus* v. 366. πρώτῃ ἐπίκειται. Ib. v. 713. ἧ ἐπὶ ταύρῳ. — ἄμυξε κάτα, i. e. κατάμυξε, corrigit *Bothius*. Non apparet, cur *Antipater* non potius scripserit: ἧ ἔπι καὶ κατάμυξε καλὸν ῥέθος Ἀφρογένεια.

Nr. 222. v. 2. *Scholiast. Msc. Dionysii* Perieg. v. 99. ὁ δ' Ἀδριὰς περάκειται ἄχρι τῆς τῶν Ἰηπύγων, οἵ εἰσιν ἐν Ἰταλίᾳ· μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Καλλίμαχος οὕτως· Ἰηπύγων ἔγχος ἀπωσάμενοι. quod *Ernesti* ex Schediis *Ruhnkenii* retulit inter Fragm. *Callimachi* nr. CCCCXLIV. nihil de vitio monens. Ἰηπυγίων emendavit *Blomfield* p. 310.

Nr. 223. v. 7. 8. κεῖθ' ἁ μυρίπνους Ἡ τὸ πρὶν στεφάνων ἄνθεσι κρυπτομένη. Si litterarum vestigia spectas, mecum fortasse legendum suspicaberis: κεῖτ' ἀμύριστος. *unguentis et odoribus destituta* (non unguenta redolens, sed putredinem) *iacet, quam olim fragrantes coronae tegebant.* Hoc compositum est apud *Plutarchum* T. II. p. 397. A. Σίβυλλα δὲ μαινομένῳ στόματι, καθ' Ἡράκλειτον, ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγομένη. quibus respondent, quae praecedunt: τάχα δὴ μεμψόμεθα τὴν Πυθίαν, ὅτι Γλαύκης οὐ φθέγγεται τῆς κιθαρῳδοῦ λιγυρώτερον, οὐδὲ χριομένη μύροις, οὐδὲ ἁλουργίδας ἀμπεχομένη κάτεισιν.

Nr. 233. v. 5. Ap. *Suidam* in ὑπάτη, Cod. Lugd. ἔγχος habet pro ξίφος. V. 1. pro στρατίης, quod est Br. textus λείψανον, scr. στρατιῆς.

N. 234. v. 1. Ap. Eundem in θρασύχειρ, idem Cod. ἀργοῦς, et v. 3. κεκωλυμένος. V. 4. προτέρην Cod. Lugd. habet etiam T. III. p. 463.

Nr. 240. v. 1. εἴ τις ἀείδῃ. Ad h. l. scribit *Bothius* in not. mst. „In epigrammate *Addaei* fuit, quum vulgatum ἀείδῃ significare videretur, *canere instituit;* sicut interdum verba proprie dicta nonnisi voluntatem exprimunt agendarum earum, quae significantur iis, rerum."

Nr. 241. v. 3. ap. *Suidam* T. III. p. 467. Cod. Lugd. habet: τιθηνάς, τροφούς, καὶ τιθηνητήρ· πολλὰ τιθηνητὴρ ὀλοφύρατο.

Nr. 251. v. 2. Ne hiatus sit in medio versu, hemistichiorum sedes

inter se permutandas suspicatur *Friedemann.* de Media Syll. Pent. p. 287. *ἀμφεβάλοντο νέφος κυάνεον θανάτου.*

Nr. 252. v. 2. *ἀρετὰν ἀντ' ἀρετᾶς. pro virtute, quam pugnantes praestiterunt, laudem et gloriam nacti sunt.* Vid. *Schaefer.* in Notis crit. nostris p. 973.

Nr. 265. v. 1. *ναυηγοῦ τάφος εἰμί· ὁ δ' ἀντίον . . .* Nihil mutandum esse, docent exempla huiusmodi hiatuum in Praefatione a nobis congesta.

Nr. 272. v. 6. *δυομένων. δυνομένων* dedit *Blomfield.* Vulgatam ferri posse existimabam. Vid. Not. cr. p. 354.

Nr. 277. v. 1. *τίς ξένος, ὦ ναυηγέ; Λεόντιχος . .* Pronomen interrogativum ortum esse videtur ex *τί* $\overline{\text{Cη}}$. i. e. *τί σημαίνει;* quod obscuris depravatisve locis appingi solet. Qua voce deleta, corrigas licet: *Ξεῖνος ἐὼν ναυηγοῦ 'Αμύντιχος ἐνθάδε νεκρὸν Εὗρεν.*

Nr. 298. v. 3. *σὺ δ' ἔκλαυσας.* Quum brevis syllaba in caesuram incidat, *Bothius* in not. mst. corrigit: *σὺ δ' εἰ κλαύσαις.* remittens ad *Matth.* Gramm. gr. §. 559. *Friedemanno* de Med. Syll. Pent. p. 320. nulla in vulgata corruptelae subesse videbatur suspicio. Vitium tamen esse possit in nomine *Εὔδικε.* V. 4. *ἥσυχος* legendum censet etiam *Blomfield.*

Nr. 307. v. 3. *ζήσας ἐνδόξως.* Scr. cum Cod. *ζήσας δ' ἐνδ.*

Nr. 315. v. 3. Iis, quae de utriusque modi conjunctione diximus, adde *Tryphiodor.* v. 90. *Κληΐστὴν μὲν ἔθηκε θύρην, καὶ κλίμακα τυκτήν· 'Η μὲν ὅπως, ἀΐδηλος ἐπὶ πλευρῇς ἀραρυῖα, Ἔνθα καὶ ἔνθα φέρῃσι λόχον κλυτόπωλον 'Αχαιῶν· 'Η δ' ἵνα, λυομένη τε καὶ ἔμπεδον εἰς ἓν ἰοῦσα, Εἴη σφιν καθύπερθεν ὁδὸς καὶ νέρθεν ὀρούσαι.* Et statim v. 100. *Κύκλον ἐϋκνήμιδα ποδῶν ὑπέθηκεν ἑκάστῳ, Ἑλκόμενος πεδίοισιν ὅπως πειθήνιος εἴη, Μηδὲ βιαζομένοισι δυσέμβατον οἶμον ὁδεύῃ.* Ibid. v. 106. *'Αμφὶ δέ μιν μέγα τεῖχος ἐλήλατο, μή τις 'Αχαιῶν Πρίν μιν ἐπαθρήσειε, δόλον δ' ἀνάπτυστον ἀνάψῃ.*

Nr. 321. v. 3. *πρέμνον . . ἐλαίης. Oppian.* Hal. IV. 280. de polypode, qui, ubi oleam prope littus viderit, *γαῖαν ἀνέρπει Καγχαλόων, πρέμνοισι δ' 'Αθηναίης ἐπέλασσε.* et v. 287. *ὡς ὅ περὶ πρέμνοισιν ἑλίσσεται ἔρνεϊ χαίρων.*

Nr. 339. v. 8. *καὶ λύπης ὀδύνην τὸν Βρόμιον πάρεχε.* Dubitari potest, utrum horum vocabulorum vitium traxerit; *λύπης* tuearis loco *Astydamantis* ap. *Athen.* L. II. p. 40. B. *θνητοῖσι τὴν ἀκεσφόρον Λύπης ἔφηνεν, οἰνομήτορ' ἄμπελον. Euripid.* Bacch. v. 771. *τὴν*

παυσίλυπον ἄμπελον. Tamen non improbabiliter mihi correxisse videor:

κἄμμι λυτῆρ' ὀδύνης τὸν Βρόμιον πάρεχε.

γάμου λυτῆρα est ap. *Aeschyl.* Suppl. v. 810. *λυτὴρ πόνων.* *Eurip.* Electr. v. 136. Respicitur autem ad nomen Bacchi *Λυαῖος* et *Λύσιος* (vid. *Plutarch.* T. II. p. 654. F.), unde etiam *τὸ μεθύειν πημονῆς λυτήριον* ap. *Sophocl.* *Athen.* L. II. p. 40. A. Ne quis in plurali *ἄμμι* haereat post *μοι* illato, sic *Antipater* nr. 413. *οὐδέ μοι... εὐμαρίς.. ἐνάδε... Ἄμμι δὲ Μαιναλίας κάῤῥον λῆμ' ἦν Ἀταλάντας.* Nec aliter *ἡμέτερος* et *ὑμέτερος* saepissime cum pronomine singularis numeri copulatur.

Nr. 344. v. 3. *ἀλλ' εἰ μὴ θυμόν γε Λέων ἐμόν, οὔνομά τ' εἶχον.* *τε* corrigit *Bothius* in not. mst. In Inscriptione, quam ex Opere Pocockiano ad hoc epigramma dedi in Notis, v. 1. verba sic transponenda: *καὶ θάνον ἀτρέστῳ λήματι μαρνάμενοι.*

Nr. 355. v. 4. *ὦ χαίροις.* *Bothius* in not. mst. corrigit: *ᾧ χαίροις.*

Nr. 378. v. 3. *ὡς ὑμέναιον ἐπὶ πλακί.* Praceunte *Tyrwhitto* fortasse scribendum: *ἄμφω δ' ὡς ἅμ' ἔναιον, ὑπὸ πλακὶ τυμβεύονται.*

Nr. 386. v. 3. 4. Verba *ἢ τέκον* nec *Brunckii* correctione, quae languet, nec mea, quae paralyticum orationi membrum infert, restituta videntur. Elegantius terminabitur epigr. sic scriptum:

Ἀΐδεω πολὺς ὄλβος ἐμῆς ὠδῖνος ἀριθμός·
ὦ τέκν', ὦ μεγάλης λείψανα πυρκαϊῆς.

Nr. 387. v. 3. *φθονερὴν ἀπενόσφισε Μοῖραν.* Admisso *λίνα*, quod restituendum esse suspicatus sum in Notis, paucissimis litteris mutatis scribe: *παιδὸς φθονερῶν λίνα νόσφισε Μοιρᾶν.* Pluralis in talibus non minus usitatus, quam singularis. Supra *Diodorus* VI. nr. 243. *Μοιράων δ' οὐκ ἐμέγηρε λίνα.* In Append. Epigr. nr. 154. *Μοιρῶν νῆμ' ἀνέκλωσαν.* *Phanocles* ap. *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 750. *ἀλλὰ τὸ Μοιράων νῆμ' ἄλυτον.*

Nr. 393. v. 2. *οὐκ ὀνοτήν.* *Callimach.* H. in Del. v. 19. *τῇ δ' ὄπιθεν Φοίνισσα μετ' ἴχνια Κύρνος ὀπηδεῖ, Οὐκ ὀνοτή.* *Apollon. Rh.* L. IV. 91. *χήτεϊ κηδεμόνων ὀνοτὴν καὶ ἀεικέα θείης.*

Nr. 420. v. 1. *Λέσβον.* *Λέσβον' ὁ λ.* Cod. Pal. *Λέσβον.* Plan. Br. V. 2. In vestigiis Cod. *ἐπεὶ οὐθ' ἱερός...* non id videtur inesse, quod *Brunckius* posuit, sed potius: *ἐπεὶ οὐ θιάσους... οἶδ' Ἀχέρων.* Lacunam autem sic expleveris: *ἐπεὶ οὐ θιάσους, ἀλλ' ἄχε' οἶδ' Ἀχέρων.*

Euripides in Licymnio ap. *Stobae*. Ecl. phys. T. I. p. 1004. de Acheronte: *μυρίαις παγαῖς δακρύων ἀ χ έ ω ν τε βρύει.* et iterum: *Ἀχέρων ἄχεα πορθμεύει βροτοῖσιν.*

Nr. 423. v. 6. *τιμελ ἄχραντον.* Nomen hominis fortasse *Σίμαλος.* quod est in versu *Anacreontis* ap. *Hephaest.* p. 101. *Σίμαλον εἶδον ἐν χορῷ πηκτίδ' ἔχοντα καλήν.*

Nr. 424. v. 1. *τίς εὐαγής.* Recte me emendasse existimo, *τί σεῦ ἀκμή. ἀκὶς* de eodem instrumento *Theaetet.* in Planud. nr. 221. T. II. p. 692. *Χιονέην με λίθον . . . λαοτύπος τμήξας πετροτόμοις ἀκίσι.* Quam ipsam vocem si quis in *αγης* latere existimaverit, vereor, ut ea satis facili caeterorum vocabulorum mutatione versui accommodari possit.

[Not. p. 324. l. 3. corrige *δόμων* pro *δέμων.*]

Nr. 454. v. 2. *ᾤχετ' ἔχουσα.* Sic etiam supra nr. 190. v. 3. *δισσὰ γὰρ αὐτᾶς Παίγνι' ὁ δυσπειθὴς ᾤχετ' ἔχων Ἀΐδης.* *Callimach.* H. in Lavacr. Pall. v. 39. *φυγᾷ τεὸν ἱρὸν ἄγαλμα Ὤιχετ' ἔχων, Κρεῖον δ' εἰς ὄρος ᾠκίσατο.*

Nr. 457. v. 3. Exemplis de infinitivo, verbo *ἔρχεσθαι* subjecto, adde epigr. *Menandri* cap. 1. nr. 101. *εὖτε δὲ πυρσὸς ἔδαπτεν ἐμὴν πόλιν, ἦλθον ἀρῆξαι.* *Nicarch.* XI. nr. 330. *ἐκλήθην ἐχθὲς, Δημήτριε· σήμερον ἦλθον Δειπνεῖν.* V. 6. Sic ut *Passovius* et *Meineckius*, emendavit etiam *Friedemannus* de Med. Syll. Pent. p. 327. qui comparat *Theognid.* v. 964. *νῦν δ' ἤδη, ναῦς ἅθ', ἑκὰς διέχω.* *Automedon* cap. X. nr. 23. *μέσσα θέει πελάγη, Ναῦς ἅτε μυριόφορτος.*

Nr. 463. v. 7. in Schol. ed. Wech. p. 340. non *φίλαι* legitur pro *φίλον*, sed pro *ἄλλο μὲν* in quibusdam libris *ὦ φίλαι* reperiri, Scholiastes narrat. Haec lectio quum absurda sit, suspicari possumus, Scholiasten in illis libris revera reperisse, *φίλαι, τέκος, ἄλλο μὲν .....* sed illud, memoria deceptum, perperam scripsisse.

Nr. 468. v. 10. *τοῖς δ' ἁ π λ ῶ ς πευθομένοις.* Eruditissimus *Boissonade* hanc suam emendationem in litteris ad me datis firmat loco *Plutarchi* Vit. Alex. c. 50. *τὰ περὶ Κλεῖτον οὕτω μὲν ἁ π λ ῶ ς π υ θ ο μ έ ν ο ι ς τῶν κατὰ Φιλώταν ἀγριώτερα.*

Nr. 469. v. 2. Scr. *κρέσσονα* cum Cod. Pal. (et ap. Goth.). *κρείσσονα.* Br. et DuCang. CP. chr. p. 193.

Nr. 477. v. 1. *ταῦτα.* Nescio quo errore hoc in textum venerit. *τοῦτο* est in Cod. Pal. (ap. Goth.) Plan. Br. Ad sensum nihil interest.

Nr. 479. v. 1. *τάλαι.* Scr. *πάλαι.*

Nr. 485. v. 5. *ἐφ' ὑμετέροισιν ἀδάπταις.* In *ἀλαλαγμοῖς*, ut nos, et in *ἀραγμοῖς* incidit etiam *Wyttenbach.* v. cl. in Animadverss. ad *Plutarch.* T. XI. p. 459. Comparat vir eruditissimus *Euripid.* Cycl. 204. *οὐ κρόταλα χαλκοῦ, τυμπάνων τ' ἀράγματα.* Ib. v. 65. *Οὐ τόδε... Βάκχαι θυρσοφόροι, Οὐ τυμπάνων ἀλαλαγμοί.* sensumque sic explicat: „Thyadibus clamantibus iisque accinente tibicine, ad hujus dulcem sonum mollesque nomos reliqua civitas saltavit." Idem v. 1. tentat: *βαίνεθ' ὑπὲρ τύμβον σκολιὰ κρίνα. saltate super sepulcro sinuosas saltationes.* V. 4. autem *ἀμφὶ πόλιν* ponit idem v. cl. sicuti ego quoque in var. lect. legendum dixi.

Nr. 492. v. 1. *οἰχόμεθ'* in Pal. est, teste *Paulssenio.* In ap. Goth. *οἰχόμεθ'* correctum, quum prius illud esset. *ᾠχόμεθ'* Plan. Br.

Nr. 505. v. 1. *Βερίσκος* esse etiam in ap. Goth. nunc monitus video. Figura literae *β* simillima literae *μ.* Vid. *Bast.* Comm. Pal. p. 708. *Μενίσκος* tamen exhibet Plan. *Μηνίσκος* aut *Μενίσκος*, quem etiam *Μνίσκον* appellant, histrio, commemoratur. Vid. *Buhl.* ad Aristot. T. V. p. 436. *Schweigh.* ad *Athen.* T. VIII. p. 456. Ipsum nomen *Μενίσκος* habetur Cap. XI. nr. 184. v. 1.

Nr. 510. v. 4. Vitium in *Χῖος* non latuit *Friedemannum* de Med. Syll. Pent. p. 287. s. ubi inter alia: „Quid substituendum sit, nescio; hoc scio, *Χῖος* saepissime aliarum vocum sedem occupasse. Cf. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 622. ed. Lips. *Bast.* in Epist. crit. p. 106. *Tzschucke* ad *Strabon.* T. V. p. 560."

Nr. 517. v. 1. *ἠελίου.* In membr. Palatinis *ἠῷος* esse ait *Paulssen* p. 41. Mirus error, si res sic habet.

Nr. 524. v. 8. Non omittendus erat in Notis versus *Callimachi*, quo *Goettlingii* conjectura nititur: *ἐκ τῶν, ὅκου βοῦν κολλύβου πιπρήσκουσιν.* (quem comparavi olim in Add. ad Anim. T. III. 2. p. 443. s.) Sic scazontem correxit *Bentleius* in Fragm. nr. LXXXV. Prima vox in mendo cubare videtur. Bene haberet: *ἐλθὼν* aut *ἕρπων ὅκου...* De *κολλύβῳ*, unde *κολλυβιστής*, vide *Suicer.* Thes. Eccles. Tom. II. p. 135.

Nr. 527. v. 1. *Χαρίδας. Χαρίλας* correxit *Blomfield*, comparans nomina *'Αγεσίλας, 'Αρχίλας, Μενίλας, 'Αναξίλας, Βρασίλας.* Idem helluo, qui *Χαρίλας* vocatur in loco *Archilochi* ap. *Athen.* Lib. X. p. 415. D. *Χαρίδας* est ap. *Aelian.* V. H. I. 27.

Nr. 551. v. 3. *ἀπάνευθε δυνάσθην.* Malim: *ἀπάνευθ' ἐδυνάσθην.* [Not. p. 362. l. 11. *πάτρος.* corrigo *πάτριος.*]

Nr. 577. v. 3. In marg. *καίλουσιν*. corr. *καλέουσιν*.

Nr. 583. v. 1. *ἄβαλε*. Sic membr. Sed verius videtur *ἀβάλε*.

Nr. 621. v. 3. *ἐγώ*. Pal. *ἐγών*. Plan. Br.

Nr. 623. v. 1. *μαζὸν* remansit ex textu Br. et Plan. pro *μαστόν*, quod est in Cod. Pal. et ap. Goth.

Nr. 626. v. 2. *ἔθνεσιν ἠπείρου*. *Friedemannus* l. c. p. 319. „*Reiskii* *ἠπείροις*, i. e. *ἀπείροις*, non plane videtur aspernandum. *Dorvill.* certe ad *Chariton.* pag. 651. ed. Lips. e *Manethon.* Apotel. II. 260. *ἤπειρος* pro *ἄπειρος* profert, deque similibus formis nonnulla expromit.“ V. 6. *εἰς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς*. Parum abest, quia *Bernardi* conjecturam, *αἰχμητὴς Καῖσαρ*, pro vera lectione habeam. Qua correctione admissa, reliqua sic emendaveris:

εἰς μίαν αἰχμητὴς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ ρ ᾷ ν.

quod *ὁρᾷν* scriptum in *ὁ παῖς* depravari potuit.

Nr. 629. v. 3. *οὐδὲ ἐν ᾄδου*. *Schol.* ed. Wechel. p. 417. *ἴσως, εἶδαρ ἐν ᾄδου. πάντως τὶ τοιοῦτον· νοεῖ δὲ τὸ κώνειον*. V. 4. *δόντες· οἱ τοσσοῦτοι πολλάκι Κεκροπίδαι*. Sic membranae. Lectionem, *τοιοῦτοι πολλ. Κ. Planudis* ingenio deberi, nullus dubito. Fortius quid requiritur. Quid si *Antipater* scripserit: *οὐδὲ ἐν αἰδοῖ*

Δόντες· ἀ π ό π τ υ σ τ ο ι πολλάκι Κεκροπίδαι.

quo convicio *Antipater* Thessalus eodem jure in Athenienses uti potuit, quo *Demosthenes* synonymo *κατάπτυστος* de Thessalis. Sic ille Or. pro Cor. p. 240. 9. *τί ἐγίνετο; οἱ μὲν κατάπτυστοι Θετταλοὶ καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι φίλον... τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο*. Iratus filio Oedipus in *Sophocl.* Oedip. Col. 1383. *σὺ δ' ἔῤῥ' ἀπόπτυστός τε, κἀπάτωρ ἐμοῦ*. Iason ad Medeam ap. *Euripidem* v. 1384. *ἴσασι δῆτα σήν γ' ἀπόπτυστον φρένα.*

Nr. 635. v. 5. Schol. ed. Wechel. p. 117. *ἀντὶ πονεύμενον· εἶτα θανόντα. γράφεται οὐ μόνον, πονησαμένη· εἶτα θανόντα· ἀλλὰ καὶ πονησαμένη δὲ θανόντα.*

Nr. 636. *κριοῖς ἀγητῆρσι ποτε βληχημένα βάζων*. In depravatissimis verbis praeter id, quod in Notis proposui, suspicari quis possit, scribendum esse: *κριοῖς ἀγητῆρσι ποτε βληχήματ' ἐρίζων*. quod dictum, ut apud *Homerum* Il. ι. 389. *οὐδ' εἰ χρυσείῃ Ἀφροδίτῃ κάλλος ἐρίζοι*. *Hesiod.* Scut. v. 5. *νόον γε μὲν οὔτις ἔριζε*. *Theocrit.* Eid. V. 8. *φαντί νιν Ἡρακλῆϊ βίην καὶ κάρτος ἐρίσδεν.*

Nr. 637. v. 6. *καὶ φράσεν*. Fortasse legendum: *κεὶς φράσιν Ἀρ-*

γῶτιν οὐκ ἐπόθησε τρόπιν. *neque, ut hunc nuntium ederet, Dodonaeo ligno erat opus*, εἰς τὴν τῆς συμφορᾶς ἀπαγγελίαν.

Nr. 645. ὕροις. Scr. ὅροις. ut etiam in Notis p. 381. l. 7.

Nr. 648. v. 8. ἐνστῇ, αὐγάζων δαλόν. εὐτελῆ, quod legendum conjeci, metrum salvum praestat, et sensui satisfacit. Postea tamen in mentem venit, quod nescio quomodo magis blanditur:

αἰὲν ὑπαυγάζων δαλὸν ἐπεσχάριον.

In his ὑπαυγάζων peculiarem habet vim de titione cineribus tecto ignisque servante semina. *Philostr.* p. 823. οἱ μαζοὶ ὀρθοὶ ὑπαυγάζουσι.

Nr. 651. v. 1. οὐχ ὁ τρηχὺς σε λιθαῖος. Corruptissima verba *Graefius* in Epist. crit. p. 111. sic eleganter corrigit: Οὐ Τρηχίς σε λίθειος ἐπ' ὀστέα κεῖνα καλύπτει. Idem v. 5. pro ξενίης πολυμήδεος recte corrigit: ἀντὶ δ' ἐγὼ κονίης πολυκήδεος. *pro lacrymabili cinere inanis ego terra in cumulum aggesta sum.* Similiter ξεῖνον et κεῖνον permutata Cap. IX. n. 265. v. 3. Addit idem vir praestantissimus, se vereri, ne in fine epigrammatis βοτάναις corruptum sit ex δαπέδοις, aut simili vocabulo.

Nr. 660. v. 3. ἀντὶ δὲ πολλῆς πατρίδος. Miratur *Hermannus* in Obss. ad Bucolic. p. XI. lectionem πολλῆς a quoquam potuisse defendi, legendumque suspicatur, quod etiam *Heinsio* in mentem venit, ἀντὶ δὲ βώλου πατρίδος. Si illa lectio prorsus non ferenda est, nihil propius accesserit, quam πότνης πατρίδος. *venerabilis.* ut de regione est ap. *Euripid.* Ion. 871. λίμνης τ' ἐνύδρου Τριτωνιάδος πότνιαν ἀκτάν. Etiam πότνια *Λίνδος* laudatum reperio.

Nr. 661. v. 6. Consensus membr. Pal. cum Plan. in lectione πάντων ὧν ἐπέοικεν ἔχει, efficit, ut de sinceritate vulgatae, ex *Aurati* conjectura profectae, nonnihil dubitem. Restituta lectione ἦν (aut ἧς) in fine secundi distichi, non spernenda videtur conjectura *Wartoni*, quamvis raro alias felicis, πάντ' ὧν, ὡς ἐπέοικεν, ἔχει. Vulgo cum his verbis posterius hemistichion arcte cohaeret.

Nr. 665. v. 4. ἐς κοίλην ... ἅλα. Simpliciter ornat hoc epitheton apud *Tryphiodorum* v. 212. ἐλκέμεν εἰς ἅλα κοίλην Νῆας ἐϋκραίρους.

Nr. 670. De viro eximiae pulcritudinis *Gregor. Naz.* Carm. VII. 19. Opp. T. II. p. 76. A. οὗτος κάλλιμος ἦεν ἑωσφόρος, ὄμματα πάντων ἕλκων. *Timarion* (Notices des Manuscrits de la Bibl. Nat. Tom. IX. p. 179.): ὁ καλὸς ἀνεφάνη Δοὺξ. καὶ οὐδ' Ἕσπερος, οὐδ' Ἑῷος οὕτω θαυμαστός, ὡς ἡμῖν ἐκεῖνος τῷ τότε παρανατέταλκε. ubi doctissimus editor distichi Platonici non fuit immemor.

Nr. 671. v. 2. *θάνεν* esse videtur in Pal.

Nr. 679. v. 4. *εὐγενέος Στεφάνου· ἦν δὲ νομεὺς Φαρίης.* et v. 8. *οὐδ' ἐμοῦ ἐστὶ νόου, οὐδ' ἑτέρων στομάτων.* ubi *κοὐδ'* dedi, fortasse calidius. Haud aliter T. I. p. 515. nr. 687. *τοῦ ξεινικοῦ θανάτου ἐγγύθεν ἐρχόμενος.* T. II. p. 611. nr. 29. *ἵλαθι μοι ὄμματι εὐμενέϊ.* Ib. nr. 30. *κεδνοῦ Παύλοιο· ὥστε γάρ...* et *ἠδ' ἀρετῆς κάματοι εὖχος ἔχουσι μέγα.* Ib. nr. 31. *πάντα λιπὼν βίοτον, ὅσσα περ εἶχε, Θεῷ.* Ib. p. 731. nr. 350. *ἄγρια μαινομένῳ ἐχθρῷ ἀνακτορέῳ.* Ib. p. 732. n. 350. v. 8. *τὸν δὲ τύπον τέχνη ἕξεσε, Πορφύριε.* Ib. p. 733. nr. 354. *ἤθελε γὰρ χρυσῷ· ἀλλ' ἴδεν.* p. 738. nr. 373. *ἀλλὰ πόθῳ οὐκ ἐπένευσεν.* quae omnia sunt recentioris commatis.

Nr. 686. v. 4. *ἀκήδεστος.* Male hoc legi in edit. nostra monet *Paulssen*, quum in membr. *ἀκήδευτος* sit. In Apogr. nostro ambiguum est. Sed quum p. 544. Codicis, ubi idem epigr. legitur, *ἀκήδεστος* perspicue scriptum esset, hoc recipere non dubitavi. Nec aliter *Planudes* legit, nec *Brunckius*. De ipsa vocis forma, quin recte habeat, dubitari non potest; et *ποιητικώτερον* etiam videtur hoc, quam *ἀκήδευτος*. *Apollon.* Lex. Homer. pag. 75. ed. Toll. *ἀκήδεστοι καὶ ἄφαντοι. ἤγουν ἀκήδευτοι, ἀφανεῖς.* *Suidas: ἀκήδεστοι, μηδεμιᾶς φροντίδος τυχόντες, ἢ ἀκήδευτοι καὶ ἄταφοι.*

Nr. 687. v. 4. *ἀστρολόγοις.* Hoc quoque loco ambigua est scriptura Apographi, in quo ultimae syllabae, *Uhdenii* manu, *ους* superscriptum, obscurioris ductus interpretamentum. Sed *ἀστρολόγους* esse testatur *Paulssen*. Quum infra in Cod. p. 545. in eodem epigrammate *ἀστρολόγοις* sine controversia legatur, ut etiam apud *Planudem*, etiam nunc recte me fecisse arbitror, quod hanc lectionem alteri praetuli. Eandem Grotius expressit: *Et si quis vanis crederet Astrologis.*

Nr. 688. v. 4. „*μέχρι*) *ἄχρι.* ejusmodi ultimae levitatis peccata iram paene accendunt." *Paulssen.* Etiam hoc epigr. bis legitur in membranis. Priore loco ob maculam in Apogr. agnosci non poterat, utrum *ἄχρι* esset, an *μέχρι*; altero loco p. 544. *μέχρι* habetur, ut etiam in *Planudea*. Utra harum lectionum a *Pallada* profecta sit, nemo facile dixerit. Neque tamen peccasse me existimo, quod lectionem a membranis, haud secus atque alteram, oblatam, et a *Planude* confirmatam, recepi.

Nr. 690. v. 4. *πυθέα.* Schol. ed. Wechel. p. 283. *ποθέων* suspicatur.

Nr. 694. v. 2. *κείμενος.* Pal. *κείμενον* Br. ex emendatione *Salmasii.*

Nr. 699. v. 3. ἄβαλε. rectius ἀβάλε.

Nr. 700. v. 2. κωκυτοῦ τ' ἀμφ'. Copula addita a *Brunckio*, aut *Salmasio* potius, non solum ob hiatum, sed etiam ob sensum.

Nr. 701. v. 1. In marg. ἤνεσ' P. Scribe: ἤνεσ' P. ἤνεσ' Pl.

Nr. 709. v. 6. In Γύγης priorem corripuit *Hesiodus* Theog. v. 149. 618. 714. 734. 817. Produxit *Alpheus Mit.* Cap. IX. nr. 110. οἷα Γύγης.

Nr. 710. v. 5. χὤττι με νύμφαν εὖσαν ἔχει τάφος. Rhythmum vehementer languidum eriges, legens: χὤττι με νύμφαν, ἐοῖσαν ἔχει τάφος. In νύμφαν posteriorem syllabam corripi posse, satis constat. Infra cap. XIV. nr. 43. τείρει νύμφα φίλη. *Homer.* Il. γ. 130. νύμφα φίλη. *Bion.* Fr. XV. 28. σὺ δέ, νύμφα, καθεύδεις. Cf. *Graefius* Epist. crit. p. 41. s. In eodem versu quamvis, distinctione, ita ut feci, posita, lectio Codicis χὤτι defendi possit, non tamen infitias eam, commodiorem videri lectionem et distinctionem Brunckianam: ἔχει τάφος· εἴπατε καὶ τό, Ὅττι πατήρ...

Nr. 712. v. 1. ἐμμί. Sic *Br.* εἰμί. Pal. Illud ad dialecti rationem verius. V. 6. ταῖς δ' ἐπί. Fortasse deleto δ' rectius scribes: ταῖς ἐπὶ καδεστάς (sic membr.) ἔφλεγε πυρκαϊᾷ.

Nr. 718. Praeclare hoc epigr. restituit Vir Summus, *Rich. Porson,* in Notis *Gaisfordii* ad *Hephaest.* p. 10.

Ὦ ξεῖν', εἰ τύ γε πλεῖς ποτὶ καλλίχορον Μιτυλάναν,
τὰν Σαπφῶ Χαρίτων ἄνθος ἐνοψόμενος,
εἰπεῖν, ὡς Μούσαισι φιλάθην, ἅ τε Λοκρὶς γᾶ
τίκτεν, ἴσαις θ' ὅτι μοι τοὔνομα Νοσσίς. ἴθι.

Nr. 720. v. 1. Κλεύας ὁ τιμ. Exempla terminationis ᾱς in nominibus propriis a recentioribus interdum correptae dedi p. 7. 424 et 853. Adde *Gregor. Naz.* Carm. XI. v. 54. Opp. T. II. pag. 80. C. ὥς ποτ' Ἰωνᾶς ἔδυ. At *Chaeremon* recentioribus annumerari non potest. Quare in κλευασου aut aliud nomen latet, aut legendum cum *Ruhnkenio*: Κλεύας Τιμοκλῆος.

Nr. 725. v. 1. 2. Hoc distichon sic, ut nos, correxit *Blomfield* ad *Callimach.* p. 167. nisi quod pro αἴνει legit, αἴ, αἴ. et οὐκ pro οὐδ'. Etiam in reliquis mecum conspirat.

Nr. 729. v. 3. In conjectura, quam in notis proposui, pro Κήρ, quod in talibus minus usitatum, rectius pones Μοῖρα: μετ' οὐ πολὺ Μοῖρ' ἄγαγεν βρέφος ᾅδην.

Nr. 731. ποίας θάλψαι etiam sine ellipsios ope explicari potest,

aestates transigere; quo sensu *fovere* usurpavit *Virgil.* Aen. IV. 193. *nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere.*

Nr. 732. v. 1. *Ἑρμοῦ ἄγρει.* Fortasse Mercurii commemoratio debetur librariis.

Nr. 734. v. 1. 2. Fortasse minori etiam mutatione corrigi potest: *ὦ ποτὶ παίδων Τῶν ἀγαθῶν ἅλις ἦν· ἀρχιγέρων ὁ γέρων, Ἀλλὰ φίλος γ'.* Ad *ἀρχιγέρων* subaudi *μέν.*

Nr. 735. v. 6. *λαβοῦσα.* Pal. *βαλοῦσα.* Plan. Illud legitur etiam in marg. ed. Wechel. p. 536.

Nr. 744. Hoc *Diogenis* epigramma sic plane, ut *Buttmannus* et *Grotefendius*, constituit *Porson* in *Gaisfordii* Not. ad *Hephaest.* p. 326. in paucis tantum et minutis rebus a duumviris illis doctissimis discedens; nempe v. 6. *ἀποδύσῃ,* v. 8. *πέντ' ἐπὶ τρισσαῖς εἰσιδόντι πλειάδας.*

Nr. 745. v. 4. *ἀλγίστους. θανάτους* etiam *Friedemannus* corrigit p. 301. aut, *ἀλγινόεντ' ὀλλ.* Vir doctus in Ephem. Lips. ann. 1816. p. 1999. si quid mutandum sit, malit, *ἀλγίστων θανάτων.* Hoc mihi verum videtur. V. 7. Ad hunc versum pertinet *Paulssenii* nota p. 47. non ad nr. 744. Quod ibi monuit V. D. *spatium in Cod. relictum satis superque testari, novum ordiri epigramma*, id non satis intelligo. Existimasse librarium, novum hoc versu incipere epigramma, non dubito; sed cur sic existimaverit, sensu et contextu longe aliud quid suadentibus, causam esse suspicor etiam nunc, quod in autographo, unde Pal. liber descriptus est, nova pagina inciperet.

Ad Caput octavum.

Nr. 8. *ὦ μῦθοι.* Simili correptione usus est *Theodorus Prodrom.* in poematio ex Cod. Vat. edito in *Notices des Manuscr. de la Bibl. Nat.* T. VII. p. 256. v. 35. *ὄπασσας ἐμοῖς βλεφάροισιν ἰδέσθαι Ἀριστηνιάδαο Ἀλεξίου ἡδὺ μύθημα.* et iterum p. 257. v. 17. *ἤ τάχα Σειρῆνος ἡδὺ μύθημα φέρει.*

Nr. 11. v. 6. *δυωδέκαδα.* Scr. *δυωδεκάδα.*

Nr. 12. v. 1. Scr. *ἑκατονταετής.* et v. 2. *τεσσαρακονταετής.*

Nr. 19. *ἐτέων.* In membr. *π* superscriptum, i. e. *ἐπέων. ἐτέων* etiam *Muratori* reperit in Codd. suis p. 74. qui interpretatur: *diu vixi mundo, et diu caelo, ecclesiasticam sanctamque vitam ducens.*

Nr. 24. v. 5. *δάκρυσι τεοῖς.* Scrib. *δάκρυσσι.* ut supra Cap. V. nr. 186. *μή με δοκεῖ πιθανοῖς ἀπατᾶν δάκρυσσι.* Sic *γένυσσιν* est ap. *Homer.* Il. λ. 416. *Oppian.* Cyneg. II. 261. *Quint. Sm.* II. 576. *νέκυσσιν* ap. *Quint. Sm.* II. 532. *μάρτυσσιν Hipponax* ap. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 579.

Nr. 26. v. 4. *μεγάλης παλάμης.* Rhea ap. *Callimachum* H. in Jov. v. 30. *καὶ ἀντανύσασα θεὰ μέγαν ὑψόθι πῆχυν.* quod recte interpretatur *Ernesti* ad v. 15. ubi de eadem dea: *ἔνθα σ' ἐπεὶ μήτηρ μεγάλων ἀπεθήκατο κόλπων.* — V. 7. *ῥέξετε. ῥέζετε* membr. Pal. nec aliud quid Romanus descriptor voluisse videtur. *ῥέξετε* exhibuit *Muratori* p. 81. — V. 9. 10. Nexus hujus distichi cum praecedentibus obscurior. Pro *κάρτος* liber *Murat. κράτος.* Fortasse *κρατός.* Aut: *σαρκὸς φέρε πάντα χαμᾶζε.*

Nr. 44. v. 1. *Νόννης καὶ δάκρυ' ἐδέξω.* Fortasse: *ἢ δάκρυ' ἐδέξω.* V. 3. 4. lege et distingue:

εἶπε καὶ ἐκ μελέων κέαρ ἔπτατο· ἓν δ' ἄρα μοῦνον,
παῖδ' ἐπόθει, τεκέων τόν γ' ἔτι λειπόμενον.

unam rem solam, filium nempe, desiderabat.

Nr. 46. v. 1. post *θάνεν* et in fine versus pone comma. V. 3. *τίς λύσεν.* saltem scribendum: *τίς λύσ' εὐχ.* nisi aliud verbum latet. Fortasse: *τίς πλάσεν,* aut *πλάσει.* Tum videtur scribendum: *ὡς ἐπὶ δηρὸν Ἤθελεν ἄντα μένειν καὶ νέκυς εὐσεβίων. in conspectu piorum.* Hoc fieret, si aliae mulieres Nonnae precantis speciem aemulatae exprimerent. (*εἰ πλάσαιντο Νόννης εὐχομένης τύπον.*)

Nr. 57. v. 1. *μελεδωνιῶν* per se bene habet a *μελεδώνη.* Sed membr. auctoritati parendum, quae *μελεδώνων* habent.

Nr. 67. v. 2. *παρ' ᾗ ἐλύθης. παρ' ἧς,* quod Cod. Parisin. habet, non videtur spernendum. Vid. supra in Not. crit. p. 330. s.

Nr. 89. v. 3. *οἷα δίκη.* Scribe: *οἷα.* posteriore syllaba in hac voce (per Cappadocismum) perperam correpta; ut nr. 85. v. 4. *ποία δίκη.* et nr. 221. v. 2. ubi frustra emendationem tentavi. Sic etiam in Carm. XII. 11. Opp. T. II. p. 85. C. *ποία δίκη μόχθον μὲν ἐμοὶ καὶ δεῖμα γενέσθαι.*

Nr. 102. v. 1. *ὀστέα μοῦνα* iterum quidem legitur nr. 229. et in Carm. XIV. 93. Opp. T. II. p. 89. C. sed in contextu longe alio.

Nr. 111. v. 2. *πρῶτα φέρων.* Timarion ex Cod. Vatic. editus in *Notices des Msc. de la Bibl.* T. IX. P. II. p. 177. *ὅ, τε γάρ ἐκ πατρὸς πάππος αὐτῷ τὰ πρῶτα φέρων τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ Φρυγίᾳ πρώ-*

των. ubi doctissimus *Hasius* multa exempla locutionis τὰ πρῶτα et τὰ πρωτεῖα φέρεσθαι congessit, nullius loci memor, ubi esset φέρειν.

Nr. 117. v. 4. post φέροις pone comma.

Nr. 119. v. 4. κιρίδιοις. Scr. κουριδίοις.

Nr. 122. v. 3. εἰ θαλάμους. typographi error pro ἐς θαλάμους. Post ὤλετο rectius colon pones, quam comma.

Nr. 134. v. 4. μύρατο πάτρα φίλη. Longam syllabam h. l. iterum corripuit optimus *Gregorius*; quod facile vitasset, si scripsisset: γαῖα φίλη.

Nr. 138. v. 2. τύμβος ὕδ᾽ ἀμφὶς ἔχω. In Carmin. XXII. Opp. T. II. p. 95. A. ὤμοι ἐγὼν, ὅτι δή με ... σῶμα τόδ᾽ ἀμφὶς ἔχει.

Nr. 143. v. 4. ἦν ὅτε ἦν. et nr. 178. in notis correxi: ἦν ὅτ᾽ ἔην. Sed etiam in Carm. XI. v. 29. Opp. T. II. p. 82. A. ἔθνος ἄπιστον Ἦν ὅτε ἦν. et Ib. v. 70. p. 82. D. ἦν ὅτε ἦν.

Nr. 151. 152. Duo haec epigrammata separavi non propter lemmata Cod., quorum iteratio quam inanis saepe esset, non poteram ignorare, et passim in notis monui, sed primum ob sensum, tum quia separantur altero loco p. 705. Codicis, et in Codd. Muratori p. 43 et 44.

Nr. 192. v. 1. Nisi *Gregorius* primam in λιτάζομαι produxit, quod verisimile non est, scribendum dixerim: πρός γε θεοῦ ξενίου σε λιτάζομαι.

Nr. 242. v. 1. ἦε. Cf. epigr. *Diogen. Laert.* VII. nr. 114. Tom. I. p. 338. δὴ γὰρ ὁ μὲν θὴρ ἦε δράκων. Cap. XV. nr. 34. ibique notata p. 832. Etym. M. p. 24. 3. (p. 22. ed. Lips.) p. 317. 56. (p. 288.)

Ad Caput nonum.

Nr. 1. v. 2. πικρὸς *Friedemannus* de M. S. P. p. 365. comparat cum *Oppian.* Hal. I. 559. καὶ ἐγγύθι σύρεται ἀκτῆς πικρὸς ἔχις.

Nr. 15. v. 4. καιόμενον referebam ad σέλας aut πῦρ. *Blomfield* καιομένη legendum censet.

Nr. 16. v. 2. τρεῖς δ᾽ ἐμέ. rectius scribes: τρεῖς δέ με.

Nr. 17. v. 5. εἰς φλόγα. φλόγας ob hiatum malit *Bothius* in not. mst.

Nr. 32. v. 5. δειλαίαν, παροξυτόνως apogr. Goth. Sed ob insolentem ultimae syllabae correptionem accentus sedem cum *Brunckio* mutavimus. Corrupta videtur lectio et sic emendanda: ὁλκάδα δειλαίαν αἰεὶ κλόνος. quod me non statim animadvertisse, piget.

Nr. 35. v. 2. *κὴν χέρσῳ εἰς ἐμὲ μηνάμενος. Friedemannus* l. c. p. 304. „nullus hic conjecturae locus videtur relictus ob dictiones, quae imitationis speciem prae se ferunt. . . . . nisi forte *μηνάμενος κατ' ἐμὲ* legendum statueris. Sed in Planudea hoc epigr. diserte tribuitur *Cyllenio* cuidam, de cujus aetate ne hilum quidem constat." Idem Vir Doctus p. 291. ad Nr. 39. v. 2. primum *ἔρωτ'* probabat, comparans Cap. XII. nr. 115. *ἢν βάλλῃ τὸν ἔρωθ' ὅπλον ἄτρωτον ἔχων. Meleag.* Cap. XII. nr. 57. *τὸν τριπανοῦργον Ἔρωτ' ἔπλασεν ἐν κραδίᾳ.* In Addendis pag. 360. idem non abhorret ab *Ἔρων.* Ap. *Apollon. Rhod.* I. 612. *ἔχον δ' ἐπὶ ληϊάδεσσι Τρηχὺν ἔρον, ἅς αὐτοὶ ἀγίνεον.* Cod. Paris. *ἔρων.* Ibi *Spitznerus* (de V. Gr. her. p. 61.) probat lectionem Cod. Flor. *ἔρον, τὰς αὐτοὶ ἀγίνεον.*

Nr. 42. v. 1. in marg. *'Α. εἰ ἐνί.* dele *'Α.*

Nr. 64. v. 8. *γένος* suspectum, quia quatuor voculis interjectis praecessit. Fortasse: *καὶ κλέος.* Ad finem v. 7. pone comma.

Nr. 67. v. 1. *μικρὰν λίθον. μακρὰν* corrigit *Blomfield.*

Nr. 70. v. 3. *χελιδόν. χελιδὼν* Planud. quod Grammaticorum praeceptis magis consentaneum, nisi *Mnasalcas* illam formam ex *Sapphus* versibus arripuit. Vid. *Koen.* ad *Gregor. Cor.* p. 596. cum quo conferendus *Gaisford* ad *Hephaest.* p. 67. Vocativum *χελιδὸν* grammatici aeolicae dialecto tribuunt.

Nr. 74. Ejusmodi quid, et fortasse ipsum epigr. nostrum, obversabatur *Basilio M.* in Psalm. LXII. p. 304. *οὕτω καὶ ἡ τοῦ πλούτου ποικιλία ἔχει ὀξυτάτην καὶ ὀλισθηρὰν τὴν παρουσίαν, ἄλλους ἐξ ἄλλων παραμείβεσθαι πεφυκυῖα. Σήμερον τοῦδε ἀγρός, καὶ αὔριον ἑτέρου, καὶ μετ' ὀλίγον ἄλλου.*

Nr. 81. v. 1. *μὴ εἴπῃς θάνατον βιότου ὅρον.* Recte me cum Planudea scripsisse *βιοτῆς,* non dubito. Alterum quoque hiatum facile sustuleris, verbis aliter collocatis: *μὴ θάνατον βιοτῆς εἴπῃς ὅρον.* sed frustra.

Nr. 101. v. 4. *ἔγνων αἰπολίου.* Proposui: *ἔγνωκα, σκοπέλου παντὸς ἐρημοτέρην.* Sed rectius scribes, *ἐγνώκειν.* De re praeterita agi apparet ex *εἶπεν.*

Nr. 112. v. 3. *οἱ δ' ἐπὶ τούτοις Νέστορι.* Ex his verbis, quocunque te vertas, nunquam idoneum sensum elicies. *Nestoreos annos* poëtam vituperare voluisse, non valde probabile est, quamquam ejusmodi quid suspicari nos jubet versio *Grotii: Hoc satis, haec hominum vita est: quae tempora restant, Nestoris.* At eum hoc potius voluisse exi-

stimo, si quis vel Nestoreos annos attigerit, mortem tamen inevitabilem esse. In hunc sensum verba *Antipatri* accepit Incertus Cap. VII nr. 157. T. I. p. 349. ὁ γὰρ χρόνος ἄνθος ἄριστον Ἡλικίης· ἔθανεν χὠ τριγέρων Πύλιος. Quare vide, an scribendum sit:

εἰ δ' ἔπιοός τις
Νέστορι, καὶ Νέστωρ ἤλυθεν εἰς Ἀΐδα.

Nr. 113. Metro bis violato offensus *Passovius* in not. mst. corrigendum censet:

ἄχρι κόρου κόριες κορέσαντό μου· ἀλλ' ἐκορέσθην
ἄχρι κόρου κἀυτὸς κόριας ἐκκορίσας.

qua mutatione admissa etiam lusum verborum clarius apparere.

Nr. 114. v. 2. Μοῖραι etiam *Friedemannus* legendum existimat de M. S. P. p. 305.

Nr. 129. v. 3. πᾶς δ' ἄρα Κηφισοῦ εἴσω ῥέεν. Fortasse rectius: πᾶς δ' ἄρα οἱ Κηφισὸς ἔσω ῥέεν.

Nr. 134. Inscriptio esse debet Ἄδηλον. *Palladae* esse hoc epigr. conjectura est ejus, qui lemmata concinnavit, sed, ut mihi videtur, falsa. Meliores versus pangebat ille. V. 7. παίζοιτε, ἴετε, θέλοιτε, οὓς ἐμεῦ... Fortasse scribendum: παίζοιτ', εἴ γε θέλοιτε, ὅσους ἐμεῦ ὕστερον ὄντας εὕροιτ'...

Nr. 135. v. 1. βροτοῖσι. Scr. βροτοῖσιν cum membr.

Nr. 146. Νέμεσιν Εὔνους. nomen fortasse depravatum.

Nr. 157. [Not. p. 486. l. 16. ποίνιμος. P. Pl. dele P.]

Nr. 161. v. 3. ταῦτ' ἐβόησε. Scr. τοῦτ' cum membr.

Nr. 171. v. 3. λόγοι, συντάσσομαι. Schol. ed. Wechel. p. 34. γρ. λόγοι, οὐ τάσσομαι. permutatis syllabis σ̄ῡ et σ̄ν̄. De συντάσσομαι, *valedico*, vid. *Kuster.* ad *Suid.* T. III. p. 408. *Dorvill.* ad *Char.* p. 151.

Nr. 180. v. 4. Lectio ἐστι σῶ τις in marg. Apogr. nostri accurate notata, nec semel, sed bis. Verum p. Cod. 669. ubi idem epigr. iterum legitur, perspicue scriptum, ἐστι νῦν τι σοῦ θεά. et in Plan. ἐστι νῦν τις, οὐ θεά. unde illud leve librarii peccatum esse, prius ν̄ non satis exprimentis, sponte apparet. De vocabulo quodam βῦτις non cogitandum.

Nr. 187. v. 5. 6. τὸ δὲ κλέος ἔστ' ἐν Ἀθήναις Ἐκ σέθεν οὐρανίων ἁπτόμενον νεφέων. Difficultates, quibus hic locus premitur, in notis attigi. Non probabile est, poetam dicere voluisse, Athenarum gloriam per Menandrum usque ad coelum evectam esse, sed potius Menandri laudem non intra patriae fines substitisse, sed coelum attingere. *Alci-*

phron L. II. 4. p. 252. οὐκ ὄψονται δὲ Μένανδρον, εἰ μὴ ἐν ἄστει παρὰ Γλυκέρᾳ γένοιντο, καὶ τὴν ἐμὴν εὐδαιμονίαν ἴδοιεν, τὸν πάντη διὰ τὸ κλέος αὐτοῦ Μένανδρον, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐμοὶ περικείμενον. In hanc sententiam vide, an scribi possit:

ζώεις εἰς αἰῶνα· τὸ δὲ κλέος οὐκ ἐν Ἀθήναις,
ἐκ δὲ θεῖ, οὐρανίων ἁπτόμενον νεφέων.

i. e. οὐ μόνον ἐν Ἀθήναις ἐστίν, ἀλλὰ ἐκθεῖ καὶ ἅπτεται νεφέων. Sic *Lucillius* Cap. XI. nr. 77. οὐ κυσὶν ἄγνωστος, τῇ δὲ πόλει γέγονας. Vid. ad *L. Bos* pag. 309. s. Verbo θεῖν sic utitur *Antipater* Cap. IX. nr. 58. Ἀρτέμιδος νεφέων ἄχρι θέοντα δόμον. Caeterum inter ἐκεῖθεν et ἐκδεῦθει in Codd. perparum interest.

Nr. 194. v. 1. Φιλοστόργιος. Notanda insolens correptio, durior eâ, quam ap. *Homer.* Od. VII. 89. tollere conatus est *Barnesius*, non improbante *Bekkero* in Ephem. Ienens. an. 1809. nr. 243. pag. 126. Cf. *Gaisford* ad *Hephaest.* p. 206. sqq.

Nr. 199. Ὀρειβασίου. Pal. et ed. Asc. Steph. Ὀρειβασίοιο vett. editt. Plan. In Notis p. 496. l. 2. pro V. 1. corrige V. 2.

Nr. 209. v. 1. μετοκλάζεις πετομένη. Num fortasse οὐ interponendum?

Nr. 214. Similiter lusit auctor epigr. in Porphyrium Tejum, *Notices des Manuscrits* T. VIII. p. 253.

Πορφύριος, ὃν ἔσχε τοῦτο τὸ σχέδος,
καταγλαΐζων τῶν σχεδογράφων φρένα
ἐκ τῆς ἑαυτοῦ κογχύλης, τῆς τῶν λόγων.

Nr. 218. v. 1. ἄβαλε. Scr. ἀβάλε.

Nr. 236. v. 3. Ἰταλόν. Priorem produxit etiam *Antipater* Cap. VII. nr. 692. T. I. p. 516. τὸν δὲ πρόσθεν, οὔτ' ἐν Ἰταλοῖς.

Nr. 240. [Not. p. 506. l. 10. κοπτῶν. lege κόπτων.]

Nr. 241. v. 5. Εὐαγόρας δ' ὢν χαλκός. Quamvis *Brodaei* conjectura probanda non sit, nec codicis tamen lectio sincera videri potest. Ineptum enim, hominem bene numatum simpliciter *aes* dici. Facilius tulerim ὁλόχαλκος, quod cum hyperbole usurpari possit de homine πολυχάλκῳ, (*opulento*, ut ἄχαλκος, *pauper*), respectu simul habito ad statuas ex aere conflatas.

Nr. 253. v. 7. οἰκτρὸν ἀεὶ πτολίεθρον. De ἄκρον fortasse cogites: *urbs semper et in omnibus eximia*, ut in bonis, sic in malis. De regione *Herodot.* L. VII. 5. p. 507. 75. ὡς ἡ Εὐρώπη περικαλλὴς χώρη, καὶ δένδρεα παντοῖα φέρει τὰ ἥμερα, ἀρετὴν ἄκρη.

Nr. 256. v. 5. εἰς πολὺν ὄχλον. ὄγκον suspicabar. Similiter *Sophocl* Aj. v. 157. πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει. ubi vid. doctissimus Lobeck. p. 239.

Nr. 269. v. 5. Eodem modo, ut in lectione Planudea, rhythmu laborat ap. *Theogn.* v. 905. (885) εἰ μὲν γὰρ κατιδεῖν βιότου τέλος ἦν, ὁπόσον τις. quod vitium sustuleris, scribens: εἰ μὲν γὰρ κατιδεῖν τέλος ἦν, βιότου (aut βιοτῆς) ὁπόσον τις Ἥμελλ' ἐκτελέσας. . . .

Nr. 274. v. 1. γυρητόμον. *Brunckii* conjecturam πυρητόκον comparaveris cum πυρηφόρος, *fruges ferens.*

Nr. 279. [Not. p. 518. l. 11. ἀμπαύσασθαι. Scr. ἀμπαύσασθε.]

Nr. 299. [Not. p. 524. l. 16. ab ult. μακροτόνων. Pl. Br. μακροτέρων. P. Scribe: P. Br. μακροτέρων. Pl.]

Nr. 312. v. 4. ἢ πρῖνον, ἢ τάν.. non poenitet καὶ τάν .. conjecisse. Sed scribi possit etiam, ἢ πρίνους, ἢ ... De diversorum numerorum conjunctione monui in Notis p. 488.

Nr. 314. v. 4. κράνα ὑποϊάχει. ὑπεκπροχέει corrigit *Spitznerus* de Versu Gr. her. p. 203.

Nr. 316. v. 3. ὁρων. *Schol.* Wechel. p. 80. γράφεται ὅρων ἢ ὁρῶν. Idem verba ποθ' αὐτοὺς sic interpretatur: οὐ πρὸς ἀλλήλους καλῶς διακείμεθα. aposiopesin esse statuens. De αὐτῶν pro ἀλλήλων vide Interpp. ad *Xenophont. Ephes.* p. 164. *Coray* ad *Heliodor.* T. II. p. 7. *Schaeferum* ad *Aesopi* Fab. p. 96. Quae si vera est interpretatio, non tamen aposiopesis est, sed locus cum *Casaubono* pro mutilo haberi debet.

Nr. 335. v. 1. ὑλοφόρου τὤγαλμαθ', ὁδοιπόρε, Μικκαλίωνος. Fere suspicor, scriptum fuisse: τὤγαλμ' ἀφ', ὁδοιπόρε, Μικκαλίωνος. ubi praepositionis a casu suo sejunctio corruptelae occasionem dare potuit.

Nr. 336. v. 3. ἀνέρι δ' ἱππεῖ corrigendum suspicatur *Blomfield*, sensum epigrammatis obscuriorem esse fassus.

Nr. 340. v. 5. πατρὸς οὕνεκ'. Hunc dicendi usum illustravit *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* T. XII. p. 671. s.

Nr. 353. v. 3. θώμιξ. θώμιγξ restitue ex membranis.

Nr. 362. v. 24. πολυδερκέα remansit ex textu Brunckiano. Membranarum lectionem πανδερκέα indicavi et illustravi in Animadverss. T. III. P. I. p. 281.

Nr. 367. v. 7. αὐτὰρ ἐπεὶ Θήρωνα περιφρένας ἤλυθε πλοῦτος. In φρένας latere φερνῆς non absimile; sed ut eam lectionem versui accommodes, nimis multa mutari debent. Quare vide, an *Lucianus* scripse-

rit: ἐπεὶ Θήρωνα περίστροφος aut παλίνστροφος ἦλθε πλοῦτος. *postquam divitiae redierunt ad Theronem.* Θήρωνα ἦλθε dictum ut ὅν κεν ἵκωμαι ap. *Homerum* Il. α. 139. et similia.

Nr. 376. v. 1. τέκτον. Ad τέκτων in edit. Wechel. p. 115. Schol. γράφεται καὶ τέκνον. Voluit τέκτον.

[Not. p. 547. l. 7. ab ult. πάλιν. lege πάλι.]

Nr. 383. v. 3. φαίνουσαν. γρ. καὶ δύνουσαν. Schol. Wechel. p. 176.

[Not. p. 550. l. 20. βόασι. P. corrige, Pl.]

Nr. 391. v. 5. Ἀνταίου τὸ πτῶμα. Hanc Cod. lectionem probavit etiam *Schaeferus* in *Handii* Praefat. ad *Gronovii* Diatr. in Stat. p. XIII. De *Antaeo* et *palaestra Libyca Gronovius* dixit in Diatr. L. III. 1. p. 245.

Nr. 399. v. 3. ἀπαστράπτουσαν ἀδύτως. Fortasse: ἅπανθ' ἅπτουσαν ἀλύπως. *quae omnia* (omnium animos) *incendit, sine dolore tamen.*

Nr. 402. Nihil hic peccavit *Spalettus*, qui verba τοῖιν αοῖ ita exaravit, ut quinta littera et α significare possit et β (*u*); nec aliter esse videtur in membr. ipsis. Ille autem ductus quum propior esset τῷ β, scripsi in Cod. βοῖ legi.

Nr. 406. v. 2. σταγόσιν. Sic scribe cum membr. pro σταγόσι.

Nr. 412. v. 5. ἐν ἀπόψει. Vid. *Casaubon.* ad *Strabon.* L. XVII. p. 1152. A. et *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* T. XII. p. 850.

Nr. 414. v. 1. ἴος ἐν ἕρκει. Fortasse legendum:

ἡ παλίουρος ἐγώ, τρηχὺ ξύλον, οὖρος ἐν ἕρκει.

custos in septo. Ludit auctor in vocibus παλίουρος et οὖρος. Ut autem hoc loco ῑος scriptum pro ρ̄ος, priore syllaba a praecedente ο̄ν absorpta, sic fere Cap. XIV. nr. 4. v. 5. παρΐρον in Cod. legitur pro παρ' οὖρον.

[Not. p. 558. l. 6. βαστάζω ξένον. lege βαστάζων ξέναν. ut in var. lect. in margine recte excusum.]

[Not. p. 560. l. 8. διαβαίνῃ. lege διαβαίῃ.]

Nr. 430. v. 3. χαῖται δ' οὐ μήλοις ἅτε που. Fortasse latet:

οὐ μήλοιο πέκος.

pili non sunt pellis ovilis molli instructae vellere. πέκος, δέρμα, κώδιον, ἐξ οὗ καὶ πεκτῆρες· τὸ δ' αὐτὸ καὶ πέσκος. *Suidas.* πέσκος σημαίνει κυρίως τὸ τοῦ προβάτου δέρμα, παρὰ τὸ πείκω, πέκω· πέκος καὶ πέσκος. Etymol. Magn. p. 630. 50. ed. Lips.

Nr. 432. ὦ δείλαιε. Scr. ἆ cum membr.

Nr. 437. v. 5. Lectio σακὸς δ' εὖ ἱερὸς reperitur etiam in Schol.

ed. Wech. p. 42. ubi initium et finis huius epigrammatis. V. 6. πάντοτε. Ibid. V. 15. εὐθὺς ἐπιῤῥέξειν. Ib. V. 18. ἄὕοι. Ibid.

Nr. 440. Totum hoc Idyllion jambicis versibus reddidit *Niceta Eugenianus* in Amoribus Drusillae, ut discimus ex Notitia Codd. Mssc Bibl. Paris. T. VI. p. 247.

Nr. 504. v. 9. καὶ ἤθεα. Nulla excusatione indiget hiatus. Vide supra p. XXIV.

[Not. p. 579. l. penult. τό. Scr. τε.]

Nr. 505. v. 4. εἰδήμονα. Rectius recepissem εἰρήτορα, ut critica auctoritate non destitutum, licet εἰδήμονα fortasse sit verius.

Nr. 507. *Ruhnkenii* de hoc epigrammate notas quasdam vid. in ejus epistolis ad Ernestium p. 16. ed. *Tittm.*

Nr. 521. v. 7. Non μαῖα reponendum videtur, sed μᾶτερ ἐμά.

Nr. 524. l. 12. λαθικηθέα. Tolle errorem typographi, scribens λαθικηδέα. ut etiam Nr. 537. v. 3. ἐθέλησιν pro ἐθέλησεν. In membr. jota pro more omissum.

Nr. 541. v. 5. δισσὰ γάρ ἀμφοῖν ἄθρει. Sic Cap. X. nr. 18. ὧν μὲν γὰρ σοφίην ἀποδρέπτεο· τῆς δ' ἐς ἔρωτας ἔρχεο.

Nr. 555. v. 7. 8. ἀλλὰ γελᾶσθαι τῷ ἐπεωρίσθην. In argumenti obscuritate, qua hoc epigr. laborat, hariolari tantum possumus. Fortasse: ἀλλὰ γελαστόν, τῷ μετεωρίσθην, τοῦτ' ἐθέμην ὄνομα. *ab illa ipsa re, qua me jactabam, ridiculum accepi nomen. Suidas* T. II. p. 542. μετεωρισθέντων δὲ τῶν Βοιωτῶν διὰ τὴν εὐημερίαν, τούτους Χαβρίας ἐταπείνωσε. Μετεωρισμός, ἡ ὑπερηφανία.

Nr. 556. v. 6. ἐγνώθην. Praeclare *Paulssen* ex Cod. vestigiis eruit ἐγυιώθην i. e. ἐπηρώθην, ἐβλάφθην. Nihil ad reliqui epigrammatis elegantiam accommodatius. Sic plane peccatum ap. *Hippocrat.* περὶ χυμ. p. 48, 40. ed. *Foes.* ὅκου δὲ δεῖ γυιῶσαι ἢ λειποθυμῆσαι. olim γνῶσαι. Vid. *Foes.* Oecon. Hipp. p. 89.

Nr. 558. v. 1. ὕλαν διὰ πάννυχον ὄρφναν. Locis a *Passovio* ad *Theognidem* collectis adde *Aeschyl.* VII. c. Theb. v. 18. ἅπαντα πανδοκοῦσα παιδίας ὄτλον. Eumenid. v. 193. ἀλλ' εἰς τὸ πᾶν ἔπραξας ὡς παναίτιος. Similes sunt pleonasmi ap. Eund. Agam. v. 760. παλαίφατος ἐν τοῖς βροτοῖς γέρων λόγος. *Soph.* Trachin. 1132. τέθνηκεν ἀρτίως νεοσφαγής. *Callimach.* H. in Apoll. v. 83. ἀεὶ δέ τοι ἀέναον πῦρ.

Nr. 559. v. 5. [Not. p. 594. l. 22. λάβον. Scr. λάβεν. ut in textu.]

Nr. 570. v. 8. Conjecturam δεῖ σε βιοῦν αἰεὶ *Chardono* deberi, intelligitur ex ejus Miscell. T. I. p. 218. Lenissima sane correctio.

Nr. 573. v. 3. ἄλλοτε μέν. Faciunt huc verba *Plutarchi* T. II. p. 672. D. de anima, parasiti ad instar, corpori ministrante: ἀτεχνῶς τῷ σώματι παραζῶσαν αὐτὴν οἰομένους τοῖς ἐκείνου συνεπιμειδιᾶν πάθεσι, καὶ πάλιν αὖ συνεπισκυθρωπάζειν, ὥσπερ ἐκμαγεῖον ἢ κάτοπτρον εἰκόνας καὶ εἴδωλα τῶν ἐν σαρκὶ κινουμένων αἰσθήσεων ἀναδεχομένην.

Nr. 588. [Not. p. 603. l. 6. παλαίσας. P. Br. Scribe: Pl. Br.]

Nr. 591. v. 4. [Not. p. 603. l. 12. ab ult. σκοπέων. P. Scribe: σκοπήσας. P.]

Nr. 598. v. 3. πρῶτος. Corrige πρᾶτος cum membr.

Nr. 603. v. 7. παρηόριόν τε νόημα. Sic fere de Maenadibus *Tryphiodorus* v. 371. ἥτε θεῷ πληγεῖσα παρήορον ὄμμα τιταίνει.

Nr. 613. v. 1. ὑπεδάκρυσε. Non haesit *Brunckius*. Sed ὑπεδάκρυε scribendum cum Plan. quum non sit verisimile, poëtam penultimam in aoristo corripuisse.

Nr. 615. v. 5. Fortasse paucarum litterarum mutatione hic versus sic potest restitui: φρὴν σοφὴ Ἀσπασίου Θεοδωρίδα, ὡς ἐτεὸν δή, Κᾶν... *Aspasii*, *Theodoridae filii*. Verba ὡς ἐτεὸν δὴ ad utriusque nominis significationem spectant. Vere enim ille ἀσπάσιος, et Dei munus. Tum v. 6. δεικνυμένου.

Nr. 647. v. 1. κλέος. Schol. ed. Wechel. p. 498. γρ. καὶ κράτος.

Nr. 662. v. 3. ἐνθάδε δέ. Sic Pal. δὲ abest a Plan. ubi Schol. ed. Wech. p. 501. ἄλλως ἔνθα διὰ ξείνων.

Nr. 668. v. 9. εὔβοτρυν ex Br. textu remansit. Scr. εὔβοτρυν.

Nr. 690. v. 2. ἔτευξεν. vitium typogr. pro ἔτευξαν.

Nr. 706. [Not. p. 620. l. 5. ἐπίφλους. Scr. ἐπίφλοος.]

Nr. 707. v. 3. βέ θος. Excidit littera. Scr. βένθος.

Nr. 709. v. 4. ὑγροφατῶν. Scr. ὑγροφάτων.

Nr. 714. Fortasse distinctione mutata legendum:

Τίπτε, Μύρων, με τὸ βοίδιον ἐνταυθοῖ παρὰ βωμοῖς
στάσας, οὐκ ἐθέλεις εἰςαγέμεν μέγαρον;

Nr. 721. v. 1. προςέρχεαι· τίπτε δὲ μυκᾷ. Corrigi possit etiam: ἐς τί δὲ μυκᾷ; ut Cap. VII. nr. 307. ἐς τί δὲ τοῦτο;

Nr. 722. v. 1. [Not. p. 622. lib. 17. *imperativi*. Scr. *conjunctivi*.]

Nr. 733. v. 1. ἣν ὅδε. Sic etiam Plan. qui v. 2. μητέρα habet, in reliquis doricas formas servans. Scr. ἂν ὅδε.

Nr. 744. [Not. p. 624. l. 3 ab ult. Scr. I. nr. 89. pro nr. 744.]

V. 2. παρολκιδαν. Sensui satisfaceret: βαθυοχίνων.. γαλοφιᾶν. γεωλοφίη est in ep. *Zonae* Cap. VI. nr. 98. v. 6. et γήλοφος apud alios.

Nr. 753. v. 3. ἔχοντα. *Schol.* ed. Wechel. p. 489. γρ. καὶ ἔχουσα.

Nr. 764. v. 2. ἀγρείῳ πλέγμασιν ἡμετέροις. Adde *Callimach.* H. in Del. 226. ἀμύνειν πότνια δούλοις Ὑ μ ε τ έ ρ ο ι ς, οἳ σεῖο πέδον πατέουσιν ἐφετμῇ.

Nr. 773. v. 2. Hexametrico tono haec fuisse a *Pallada* exhibita, vix dubito. Nam quod δὴ punctis suppositis in membr. deletur, id post comparationem cum textu Planudeo factum existimo. Non me poenitet conjecturae in Notis expromtae. Sed non minus bene scripseris, una vocula inserta:

τήγανον, οὐκ ἀλόγως, ὅτι δὴ φλεγέθει τι καὶ αὐτό.

Nr. 775. v. 2. μαινόμενος. Versus vitium tolles, non sine sensus commodo, scribens: εἰς δὲ χορείαν Θρώσκει μ α ι ν ο μ έ ν ω ν, ὡς βρομιαζόμενος.

Nr. 788. v. 2. ἐννεσίῃς. ἐννοίαις etiam legi, monet Schol. Wechel. p. 164.

Nr. 791. *Graefius* in Epist. cr. de Bucol. gr. p. 109. initium hujus epigrammatis in hunc modum legendum esse suspicatur: *Μητρὶ περιστεφέας σηκοῦ, Κυθέρεια, θαλάσσῃ Κρηπῖδας βυθίοις οἴδμασι πηξαμένη, Χαίρεις· ἀμφὶ δὲ πόντος*... Correctione primi distichi admissa, reliqua sic legerim:

χ α ί ρ ε ι γ' ἀμφὶ σὲ πόντος ἐπὶ Ζεφύροιο πνοῇσιν
  ἀβρὸν ὑπὲρ νώτου κυανέου γελάσας,
εἵνεκα δ' εὐσεβίης νηοῦ θ' ὃν ἐδείματ', ἔ ς α ι ε ὶ
  Πόστυμον α ὔ ξ η σ ο ν μέζον, ἄ ν α σ σ α Πάφου.

V. 6. σεῖο Πόστυμος *Graef.* probatis *Hermanni* correctionibus. Tum addit: „videndum tamen, ne in φλουσι, unde φησὶ *Hermannus* fecit, lateat nomen proprium hujus loci aut sacelli, de quo magis, quam de tota Papho, more gloriaturum est."

Nr. 792. v. 1. ἀεὶ ζώει ὅσα νεκυία. Rectius fortasse: ἀειζώουσα. Verbum ἀειζώω est ap. *Callimach.* H. in Del. 115.

Nr. 808. v. 1. *Μαξιμίνος.* Schol. Wechel. p. 500. γράφεται καὶ *Μαξιμῖνος*· ἀνθ' οὗ ἐγὼ *Μαξμῖνος* γραπτέον ἡγοῦμαι.

Ad Caput decimum.

Nr. 6. v. 6. *πίτνατε δ' εὐπτερύγων λεπταλέας στολίδας.* Quum vela cum alis comparari soleant, fortasse non ineptum fuerit suspicari, *Satyrum* scripsisse:

πίτνατε δὲ πτερύγων λεπταλέας στολίδας.

Quod enim *Virgilius* dixit, *velorum pandimus alas*, hoc recentior audacius potuit efferre sic: *naves, alarum pandite lintea.* Quin *Hesiodus* quoque vela appellavit *πτερὰ* in *"Ε. καὶ Ἡ.* v. 628. *εὐκόσμως στολίσας νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο.* Haec certe correctio reliquis facilitate praestat, quum inter δεπ et δευπ in membr. perparum intersit.

Nr. 12. v. 3. *φυρδανοεσον* etiam apogr. Goth. ut denuo inspiciens intellexi. Ad rem nihil refert. In praecedente epigr. v. 4. in membr. est *σύνθεσιν*, ut in textu exhibui, primis litteris ita implicatis, ut ab *αν* parum discrepent. Sic etiam in apographo.

Nr. 22. v. 3. *ἀγρευ δουνακο δη φα.* Fortasse una littera mutata scribendum: *ἀγρεῦ δουνακόδιφα.* *qui arundines quaeris*, aut ad usum in aucupio, aut ad sagittas. Similia sunt composita *δικοδίφης* et *πραγματοδίφης.*

Nr. 38. *ὥρῃ ἐρᾶν.* Tamquam *Timonis* hunc versum laudat *Athenae.* L. VII. p. 281. E. *ἡνίκ' ἐχρῆν δύνειν, νῦν ἄρχεται ἡδύνεσθαι. Ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.* ubi *Schweighäuseri* Codd. *παύεσθαι*, in *ὥρη* autem omnes consentiunt; ut etiam Ibid. L. XIII. p. 601. C. ubi idem versus sine lectionis varietate. Quae loca repugnant conjecturae *Paulssenii* p. 69. ter *ὥρῃ* in hoc versu legendum existimantis, quia in membr. semel *ὥρηι* scriptum. Sic vero etiam Cap. XII. nr. 32. v. 2. membr. *ὥρηι κάλλιστον, χὥρῃ ἐλαφρότατον.*

Nr. 41. v. 2. [Not. p. 644. l. 13. *λύπης.* Corrige *λύπην.*]

Nr. 48. v. 5. *πᾶς.. εἰθισμένος.* Sic Plan. Br. Sed praeeuntibus membr., duabus litteris mutatis, scribendum:

πῶς γὰρ ὁ μισθαρνεῖν εἰθισμένος οὐδὲν ἑταίρας
σεμνότερον, δικάσαι μὴ ῥυπαρῶς δύναται;

quomodo enim is, qui, ceu meretrix, mercede accepta aliis servire consuevit, jus sine sordibus dicere potest? ἑταίρας Casauboni debetur acumini, qui tamen plura mutabat, quam necesse esset, et totum hoc distichon paulo aliter accepisse videtur.

Nr. 49. v. 3. *μὴ ἔχοντα.* Fortasse, *μὴ σχόντα.*

Nr. 50. v. 5. *φύσεως ἰδίας ἔμφρονα.* Nihil eorum, quae de h. l suspicatus sum, satis verisimile; *ἄμβωνα* autem (*umbonem*) *Pallada* certe aevo non ea significatione fuisset acceptum, quam hic locus requirit, sed longe diversa. Ad vestigia membr. proxime accederet, *φύσεως ἰδίας ἔμφραγμα, λογισμόν.* remedium ipsi, non a Mercurio, sed ab indole sua oblatum, rationem scilicet, *aures* quasi *obturantem,* Circesque illecebris et dolosis verbis aditum prohibentem. Verbum *ἐμφράττειν obstruendi* et *praecludendi* significatione apud optimos scriptores obvium; de *ἔμφραγμα* vide *Stephan.* Th. Gr. Tom. IV. pag. 191. E.

Nr. 75. v. 8. *πνοῆς.* Pal. *πνοιῆς.* Plan. Br.

Nr. 84. v. 4. *φερόμενον κατὰ γῆς.* *Palladas* fortasse scripsit *φυρόμενον.* *Themist.* Or. XXI. p. 250. C. *μὴ ξυγχωροῦντες ξυγχεῖν, μηδὲ ξυμφέρειν ἅπαντα.* Vere Cod. Monac. *ξυμφύρειν.*

Nr. 100. v. 6. Pronomen *σ'*, quod in membr. desideratur, ex Planudea accessit.

Nr. 109. v. 2. *καὶ πᾶσα πρᾶξις τὸν λόγον ἔργον ἔχει.* In obscuris his verbis fortasse scribendum: *τοῦ λόγου ἔργον ἔοι.* Luditur in ambigua significatione vocabuli *λόγος,* quod et *orationem* significat et *rationem.* Oratio factis perfici, facta ex ratione nasci debent. *ἔχων* et *ἐὼν* confusa Cap. I. nr. 66.

Nr. 126. v. 2. *τῶνδ' ὁ πονηρότερος.* Si vera est correctio *Brunckii,* ut certe est verisimilis, praeterea legendum dixerim: *αὐτάρκης δὲ κακῶν πολλῷ ἀπειρότερος.* Vid. Not. p. 474.

Ad Caput undecimum.

Nr. 4. v. 4. in marg. *ἀλλωτρίω.* Scr. *ἀλλοτρίω.*

Nr. 6. v. 1. *πτωχοῦ ἐστι γάμος.* Si verborum sedes permutari nolis, *πτωχῶν* scribi possit. — *εὐθὺ κυδοιμός.* *εὐθὺ* de tempore a bonorum scriptorum usu abhorrere existimatur. Vid. *Brunck.* ad *Pseudo-Phocyl.* v. 20. *πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου.* Nec certe genuina videtur lectio in *Euripidis* Syleo Fr. 5. *ἐν τούτῳ δέ μου τὴν πεῖραν εὐθὺ λάμβαν', εἰ κρείττων ἔσῃ.* sed *εὐθὺς* scribendum. At ap. *Callimach.* H. in Apoll. v. 103. *εὐθύ σε μήτηρ Γείνατ' ἀοσσητῆρα.* frustra *Abreschius* bonam lectionem sollicitat. Passim sic epigrammatarii. Infra nr. 35. *καὶ δικάτης εὐθὺ θέλω παράγειν.* nr. 137. *εὐθὺ κατακλύζειν ἐπιγράμμασιν.*

nr. 158. *εὐθὺ σολοικίζον τὸ στόμα μου δέδεται.* nr. 217. *αὔριον εὐθὺ λέγων ἴξω τέκνον.* nr. 388. *πάλιν εὐθὺ δοκεῖ σοι Ἐν τῷ ζῆν εἶναι πάντα κακῶν τὰ κακά.* Cap. XII. nr. 200. *τὸν ὅτ' ἐστιν ἐν ἀγκάσιν εὐθὺ θέλοντα.* nr. 227. *βαιὸν ὅσον παραβὰς εὐθὺ μεταστρέφομαι.* Cap. XIV. nr. 5. *εὐθὺ δὲ γεννηθεὶς λύομαι εἰς ἀέρα.* Append. nr. 255. *παύσῃ μὲν δίψης, εὐθὺ δὲ καὶ βιότου.*

Nr. 22. v. 3. [Not. p. 661. l. 9. lege *πάντεσσι.* Pl. pro Br.]

Nr. 25. v. 3. *τάχειον* scriptum in membr. ut *ἥδειον* Cap. XII. nr. 36. ubi vid. not. Recte itaque *Bothius ταχίων* videtur correxisse.

Nr. 40. v. 6. *ὡς ἂν ὁ μύστης . . . ἄγῃ.* Temere repudiavi Dorvillianam lectionem *ἄγοι.* Caeterum v. 3. etiam *Dorvillius* in Cod. Pal. *ἐξώσατο* videtur legisse ad *Charit.* p. 57.

Nr. 42. v. 1. *εἰ καί σοι ἑδραῖος ἀεὶ βίος.* In hac lectione non tam hiatus per se, a quo *Crinagoras* non abstinet, quam pronomen encliticum in hiatu positum offendit. Huic incommodo fortasse medearis verbis transpositis: *εἴ σοι καὶ ἑδραῖος ἀεὶ βίος.* ubi *καὶ* facilius fertur ante vocalem. Idem vitium, *Hermanno* praeeunte, sustulimus Cap. V. n. 108. v. 5. *Πρώτη σοί γ' ὄνομ' ἔσχεν.* pro eo, quod est in Cod. *σοι ὄνομ' ἔσχεν.* Sic etiam in Append. nr. 325. v. 3. *δῶρ' Ἱέρων τάδε σοι ἐχαρίσσατο.* scr. *σοί γ' ἐχαρίσσατο.* In alio autem ejusd. Append. epigr. nr. 268. quod recentioris est commatis, *τοὔνομά μοι Ὕπατος.* mutari posse non videtur.

Nr. 74. v. 10. Vir doctus in Ephem. Lips. an. 1816. p. 1999. si mutatione opus sit, corrigendum existimat, *ὅλως δὲ λόγων οὔποτ' ἐπαισθάνεται.*

Nr. 80. v. 2. *Ἄπιν.* Diversi generis est *Palladae* locus, quem in notis excitavi. Ibi enim verba Homerica afferuntur, quae mutari non poterant.

Nr. 82. v. 1. *Χάρμος.* Etiam *Κάδμος* reperiri, monet Schol. Wechel. p. 183.

Nr. 114. v. 4. *τἀμὰ δὲ σύντομά σοι.* Fortasse legendum: *τἄμ' ἴδε σύντομά σοι.*

Nr. 131. v. 1. *ὅτε πάντ' ἐγενήθη.* Fortasse *πάντ' ἀπεπνίχθη.* *quum omnia undis mersa necarentur.* Batrachom. v. 118. *τοῦτον ἀπέπνιξεν Φυσίγναθος, ἐς βυθὸν ἄξας.* Ib. v. 232. *ἐν λίμνῃ δ' ἀπέπνιξε.* *Xenoph.* Anab. V. 7. 25. *συνεισέπεσον (εἰς τὴν θάλασσαν) καὶ ἡμῶν αὐτῶν τινες, καὶ ἐπνίγετο, ὅστις μὴ ἐτύγχανεν ἐπιστάμενος νεῖν.*

Nr. 137. v. 6. *μακρὰν* pro trochaeo est iterum Cap. XIV. nr. 15.

ubi membr. *πυῤῥιχίου τέλος ἐστιν ὅς οἶδεν μακρὰν ἐν ἀρχῇ.* sed hic locus verborum transpositione emendari potest. In nostro autem versu recte me scripsisse existimo *ἔνθεν μάκρ', ἄρας ...* Cap. IX. nr. 252. *μακρὰ γεφυρώθη δὲ λύκοις βυθός.* Cap. XII. nr. 122. *νέον οἶδεν ὁ παῖς μακρὰ κεραυνοβολεῖν.* *Moschus* Eid. I. 13. *μικκύλα μὲν τήνω τὰ χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει.* De adverbio autem cum verbo substantivo vid. *Heusd.* Specim. crit. in Platon. p. 6. *Schaefer.* ad *Dion. Hal.* p. 76. *Bast.* ad *Gregor. Cor.* p. 83.

Nr. 145. [Not. p. 685. l. 15. *depravata.* Scr. *depravatae.*]

Nr. 146. v. 2. etiam *πεντεδιηκοσίους* legi, monet Schol. Wechel. pag. 247.

Nr. 153. v. 3. corrige *παραρπάξῃς.*

Nr. 155. v. 2. *κακοστομάχων.* Conjeci in marg. *κακοστομάτων,* de cujus vocabuli sinceritate ne quis dubitet, quum *κακόστομος* dici soleat, duplex haec forma in plurimis hujus generis compositis reperitur. Sic a *σῶμα* habetur *εὔσωμος, εὐσώματος, τρίσωμος* et *τρισώματος;* a *σπέρμα, ἀγγειόσπερμος, ἀγγειοσπέρματος, γυμνόσπερμος* et *γυμνοσπέρματος, κακόσπερμος* et *μικροσπέρματος;* ab *αἷμα, ἄναιμος* et *ἀναίματος, πολύαιμος* et *πολυαίματος;* a *γόνυ, βαρύγουνος* et *βαρυγούνατος.* Huc faciunt etiam composita *ἀχρήματος, ἀνόμματος, ἀσχήματος.*

Nr. 171. v. 7. *κεῖτο δ' οὐδὲν ἔχων.* Fortasse: *κεῖται δ' οὐδὲν ἔχων.* In praecedenti enim versu, qui periit, verbum praesentis temporis esse potuit: *οἱ δὲ τὰ κείνου χρήματ' ἔχουσι.*

Nr. 186. Laudat hoc distichon *Theodorus Prodrom.* in Epistola ex Cod. Vatic. edita in Notitia Mss. Codd. Bibl. Paris. T. VI. p. 552. ubi v. 1. *εἰ δέ ποτ' ᾄσει Δημόφιλος.*

Nr. 191. v. 2. *ἔχεις.* Plan. Br. *ἔχει.* Pal. V. 4. *ἢ τὰ κάτωθεν τῶν γονάτων.* Suspecta lectio. Fortasse: *τῶν γναθμῶν. partes infra maxillas.* ad has enim, genis dissectis, carnifici illi transeundum erat.

Nr. 196. v. 5. In lectione membr. *εἰ δὲ λέγεις μισεῖς με.* vide an lateat, *εἰ μάλα τις μισεῖ με.* Certe *λατις* et *λεγεις* in membr. non multum inter se discrepant.

Nr. 210. v. 1. *παραβύεται. παραβαίνεται* aut *παραμείβεται* legendum suspicatur Schol. ed. Wechel. p. 202.

Nr. 237. v. 2. *κάτθανε γευσαμένη αἵματος ἰοβόλου.* Fortasse *φλέγματος.*

Nr. 238. Duo priora disticha excitat *Io. Laurentius* de Magistr. Rom. L. III. 57. p. 252. ubi Cod. ex quo *Fussius* hunc librum edi-

dit: *θρέξωνται μεγάλως ἀπημεις δ' ἤρατό τις ὥρας φαυλ' ἐπιφαυλοτέρας.* unde cl. editor fecit: *Δή ῥα τότ' εἰς ὥρας φαυλεπιφαυλότεροι.* eamque lectionem ea, quae in Anthologia habetur, veriorem existimat.

Nr. 269. v. 1. Idem versus est apud *Diogen. Laert.* L. VI. 2. 6. *ὁ τοῦ Διὸς παῖς Ἡρακλῆς Καλλίνικος Ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν.* quem locum verbis transpositis sanavit *Friedem.* de Med. Syll. Pentam. p. 324.

Nr. 270. 271. Duo haec epigrammata junctim exhibet *Io. Laurentius* l. c. p. 252. narrans ea a populo in hippodromo fuisse proposita, quum Anastasio statua ferrea esset posita. Ibi legitur v. 2. *στήσαμεν ὡς χαλκῆς οὖσαν ἀτιμοτέραν.* V. 3. *δὲ ὀλοῆς λοιμοῦ.* Cod. V. 4. *ἡ πάντα φθειρίσει φιλοχρημοσύνη.* Corrigit cl. editor: *οἷς πάντα φθείρει σῇ φ.* V. 5. *γείτονα δὲ Σκύλλης ὀλοὴν ἀνέθεντο X.* V. 6. *ὠμηστήν.*

Nr. 292. Ad *Themistium* auctorem hoc epigr. retulit *Theodorus Hyrtacen.* in Epist. LXI. edita in Notit. Manuss. Bibl. Paris. T. VI. p. 25. *Εἰ δ' οὖν, κατὰ χώραν μενῶ, τήν τ' ἐμαυτοῦ πατῶν, καὶ κοσμῶν Σπάρταν, ἣν ἔλαχον· καὶ οὐκ ἂν εἴποιμι κατὰ Θεμίστιον· Ἦσθα κάτω κρείσσων, ἀναβὰς δ' ἐγένου μέγα χείρων.*

Nr. 297. v. 4. *νῦν δ' ἴθι.* δ' accessit ex Plan.

Nr. 298. v. 5. De *λάγυνος* vid. *Dracon.* de Metr. pag. 28, 25. pag. 46, 19. Aliter, sed perperam, de eadem voce statuit Schol. ed. Wechel. p. 108.

Nr. 304. v. 5. [Not. p. 706. l. 14. *οὐκ ἀναφαίνει.* P. Scr. Pl. Br.]

Nr. 308. „Tandem aliquando cl. Editor hanc nominis formam adhibet, quae in ipso Cod. jam dudum invaluerat." *Paulssen* p. 73. *Λουκίλλου* in Cod. semper scribitur inde a nr. 68. *Λουκιλλίου* nr. 216. (ubi ego *τοῦ αὐτοῦ*). Tum semper *Λουκίλλου* usque ad nr. 249. ubi iterum *Λουκιλλίου*. Sed statim nr. 253. *Λουκίλλου*, et sic porro usque ad nr. 264. ubi altera forma recurrit, sicut etiam nr. 294. 308. 388. Haec omnia sunt exempla formae *Λουκιλλίου*, quam ipsam dedi nr. 308. et 388. *Tribus* autem aliis locis, ubi eam exhibere potuissem, *Λουκίλλου* scripsi, ignoscendo errore, ut mihi quidem videtur. Quod ad *Leonidae* nomen attinet, de quo *Paulssenius* h. l. monet, illud in Cod. modo *Λεωνίδου*, modo *Λεωνίδα* scribitur, saepe etiam terminatio omissa. Utraque forma bene habet.

Nr. 321. v. 1. *σῆτες ἀκανθῶν.* Iis, quae in Notis attuli, adde *Ciceron.* de Fin. L. IV. 3. *Deinde ea, quae requirebant orationem ornatam et gravem, quam magnifice sunt dicta ab illis! quam splen-*

dide! . . . de omni virtute, nec more hominum acu spinas vellentium, ut Stoici, nec ossa nudantium, sed eorum, qui grandia ornate vellent, enucleate minora dicere. ut hunc locum probabiliter restituit *Heinrichii* acumen ad Ciceronis Orationum partes ineditas p. 17.

Nr. 328. v. 7. *ἔνθ' ἀκταὶ νεκύων καὶ ἐρμηναῖοι ἠνεμόεντες Δινεῦνται . . .* Quum in toto hoc epigrammate *Nicarchus* παρῳδὸν agat, ei hoc quoque loco obversatum esse suspicor locum Ἰλ. χ. 145. *οἱ δὲ παρὰ σκοπιὴν καὶ ἐρινεὸν ἠνεμόεντα . . . κατ' ἀμαξιτὸν ἐσσεύοντο.* eumque scripsisse:

καὶ ἐρινεοὶ ἠνεμόεντες

κινεῦνται.

in qua parodia hoc respicere potuit auctor, quod ex illa parte agri Trojani, ubi *caprificus erat*, maxima offerebatur moenia urbis incursandi opportunitas. Cf. *Spohn* de Agro Trojano p. 18. s. Urbs etiam commemoratur Ἐρινεὸς in versibus *Tyrtaei* ap. *Strabon.* Lib. VIII. p. 362. T. III. p. 174. *Οἷσιν ἅμα προλιπόντες Ἐρινεὸν ἠνεμόεντα Εὐρεῖαν Πέλοπος νῆσον ἀφικόμεθα.* quos si *Nicarchus* respexerit, nequitia etiam magis obvia. Huc fortasse retuleris etiam lusum impudicum in vocibus σῦκα, ἰσχὰς et similibus ad nates translatis, de quo lusu dixi in Animadverss. T. II. P. II. p. 187. Ne quem pluralis offendat, conferatur *Eustath.* ad Ἰλ. p. 1361. 45. qui in loco Homerico unam caprificum intelligi negans, *ῥάχις δέ τις ἦν*, inquit, *ἐρινεοὺς ἔχουσα ὑψηλὴ πρὸ τῆς Τροίας . . . . περιεκτικὴ γοῦν τις . . . λέξις ὁ ἐρινεός.*

Nr. 329. *Καὶ σὺ ζῇς ἡμῖν.* In prioribus verbis fortasse correxeris: χἠδὺ ζῇς. *suaviter vivis.* Sed vel sic desideratur nescio quid ad hoc distichum cum praecedente vinciendum.

Nr. 348. v. 2. *παντολέτωρ. παντολέτορ.* Plan. Br. Restitue *πατρολέτωρ*, quam praeclaram lectionem cl. *Paulssen* ex membranis eruit. Sic hoc epigramma scriptum est non in homines universum, aliis animalibus exosos, sed in *parricidas.* Ejusdem est analogiae compositum *παιδολέτωρ* ap. *Aeschyl.* VII. c. Theb. 711. *Euripid.* Med. 1383. Rhes. 545.

Nr. 362. v. 4. Vereor, ut recte scripserim, *ἄλλαν, χἒν.* Adversativa particula omitti posse non videtur. Quamvis bene habeat *ἓν μόνον*, vide tamen, an in lectione membr. *ἀλλαιχεν* lateat:

ἀλλ' ἀρχὴν δρᾶμ' ἐδίδαξε μόνον.

unum omnino drama, nec aliud. ἀρχὴν etiam sine negatione usurpari, constat. Vid. *Reiz.* ad Viger. p. 723. ed. Herm. sec.

Nr. 366. v. 2. ἀποθνήσκειν Plan. quoque habet.

Nr. 398. v. 3. In vulgata ἐβόησε non haesit *Wyttenbachius*, Vir Ill., ad *Plutarch.* T. XI. ubi hoc distichon sic vertit: *propterea tinctor exclamavit, ne amplius tonderet nec albam comam, nec nigram comam.* Equidem vulgatam vitiosam esse non dubito; nec facile reperiri possit, quod Brunckiana correctione sit lenius.

Nr. 403. τέρπῃ δ' αὖ πλοῦτον πρὸς πόδας ἐρχομένη. Faceta est in his verbis ambiguitas, quum verba πρὸς πόδας ἔρχεσθαι etiam de servis usurpentur, qui heris accumbentibus ministrant. Supra nr. 11. σὺ τοὺς δούλους κατάκλινον, Ἡμεῖς δ' αὐτοῦ σοι (Scr. δ' αὖ τούτοις) πρὸς πόδας ἐρχόμεθα.

Nr. 408. v. 3. [Not. p. 726. l. 4. ab ult. ψιμυθίῳ. corrige ψιμύθῳ.]

Nr. 409. v. 3. εὔχαιτα Διόνυσε. Hoc quoque loco *Passovius* mallit, εὔχαιτ' ὦ Διόνυσε. cf. Addenda ad Cap. VI. nr. 304. v. 1. — V. 6. νεκύων ψάμαθον. *Zonas* Cap. VII. nr. 365. de filio Cinyrae ad inferos delato, γυμνὰ δὲ θεῖναι Ἴχνια δειμαίνει ψάμμον ἐπ' ἠονίην.

Nr. 410. v. 1. βακτροπροσαίτου. ex Plan. Br. βάκτρου προσαίτου vitiose Pal. et nostrum quoque Apogr.

Nr. 413. v. 4. Verbum ἡδύοσμον pro trisyllabo habendum censet *Hermann.* in Elem. Doctr. Metr. p. 53.

Nr. 417. v. 2. μήλων. Plan. Br.

Ad Caput duodecimum.

Nr. 3. v. 3. *Piersoni* correctio, quam in notis probavi, eo laborat incommodo, quod sic hiatus oritur illius generis, quod *Strato* cum plurimis epigrammatum scriptoribus evitavit. Fortasse vitium non quaerendum in λάλον, quod vocabulum accipi potest de puero quadrimo aut quinque annorum, quae aetas amabili quadam loquacitate placet; eoque servato legi possit:

> τὴν ἔτι μὲν γὰρ ἄθικτον ἀκμὴν λάλον ἐξονόμαζε
> κωκώ, τὴν φυσᾶν ἄρτι καταρχομένην.

Hui conjecturae favet etiam hoc, quod *Strato* bucolici, quem vocant, rhythmi studiosissimus est. [Not. p. 732. l. 8. ab ult. κωκοτήν. Scr. κωκωτήν.]

Nr. 8. v. 7. *καὶ οἴκαδ' ἀπελθών.* Scribi possit: *στεφάνους,' οἷς οἴκαδ' ἀπελθὼν 'Εστεφάνωσα θεούς.* Hiatus tamen excusari potest usu homerico in voce *οἶκος* et ab *οἶκος* derivatis. Vid. *Spitzner* de V. Gr. her. p. 137.

Nr. 24. v. 2. Quum *οιος* in membr. versum incipiat, sponte concidit conjectura nostra, nec quidquam probabilius reperiri posse arbitror eo, quod *Schneiderus* scribendum proposuit.

[Not. p. 739. l. 13. ab ult. corrige: *quam turpis.* pro *sed.*]

Nr. 42. v. 5. *ἕλξεις ἐκ λιμένος πολλὴν δρόσον. μαιόμενος* suspicatus sum olim in Addendis ad Animadverss. T. III. 2. p. 447. Fortasse, una littera mutata: *ἐκλυμένος.* pro *ἐκλελυμένος. multo labore frustra consumtus. Plutarch.* T. II. p. 161. B. *οὐδὲν εἶχε κακόν, ἀλλ' ἢ διὰ τάχος καὶ ῥοῖζον ἐφαίνετο τῆς φορᾶς ἐκλελυμένος καὶ κεκμηκώς. Suid.* in *καχεκτοῦντες.* *'Ο δὲ Περσεὺς.. ἐξελύετο τῇ ψυχῇ.* Vid. *Stephan.* Thes. Gr. T. II. p. 755. C. D.

Nr. 43. Hoc epigr. *Hemsterhusium* pro insulso recentioris poetae lusu habuisse, narrat *Ruhnkenius* in Epist. ad Ernest. VII. p. 27. Ad v. 2. scribet *Blomfield:* „Confidenter reposui, *τῇ πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει.* recte sine dubio in Nossidis versu [Cap. V. nr. 170. v. 3.] *τὰν* rescripsit Bentleius. Neque Callimachus, neque alius quisquam Graecitatis studiosus adhibere potuisset *τὶς* pro *ὅς*, quicquid sentiant Brunckius, Iacobsius et alii, quos memorat Fischerus ad Wellerum; etsi satis frequens est hic barbarismus apud N. F. scriptores." Veteres Grammaticos etymologiae causa finxisse nominativum *τός, τή, τό,* non ignoro (Cf. *Fischer.* ad Vellerum T. I. p. 315.), at veteris scriptoris locum, qui *τῇ* pro *ᾗ* usus esset, nondum vidi.

Nr. 55. v. 7. *εὖ τέλοι.* Fortasse, *εὖ πλεῖν πέλοι.*

Nr. 58. v. 3. *οὐκ ἂν ἁμάρτοις Δονήσας* (*δινήσας* membr.) *παίδων οὐδὲ τὸν ὑστάτιον.* Nulla earum conjecturarum, quas in notis commemoravimus, mentem poëtae assequitur. Scribendum videtur:

δαιμονίσας παίδων οὐδὲ τὸν ὑστάτιον.

δαιμονίζειν. τὸν δαίμονα ἡγεῖσθαι. Hesych. Iam habes hyperbolen delirante poëta dignissimam: non errabis, si vel postremum puerorum Troezenis pro deo habueris; tamen inter hos ipsos Empedocles ita excellit, ut rosa inter reliquos flores veris.

Nr. 66. v. 6. [Not. p. 744. l. 4. ab ult. *μηκέτι.* Scr. *μημέτι.*]

Nr. 73. [Not. p. 747. l. 4. corrige *ad litterarum* pro *at.*] V. 5. *ουκισυνιφησον. δίφησον* in his latere, non est absimile. Praeceden-

tes autem syllabae sic fortasse refingendae: *ὂν κῖεν οὖν δίφησον*, i. e. *πρὸς ὅν.*

Nr. 74. v. 1. Lectioni *τὸ γὰρ πλέον ἐν πυρὶ παίδων Κεῖμαι* . . . patrocinatur quodammodo *Gregor. Naz.* Carm. VII. 27. p. 76. A. *βαιὸν ἔτ' ἐν μερόπεσσι, τὸ δὲ πλέον εἰν 'Αΐδαο.*

Nr. 81. v. 3. *ψυχρὸν ὕδωρ νίψαι. Boissonade* V. cl. in Not. ad Eunap. p. 215. conjecit, *ψυχρὸν ὕδωρ διψῶ.* Idem, tamquam *Guyeti*, notatum in Ap. Pauw.

Nr. 84. v. 4. *παιδὸς ἀπεστίπτει.* Languent conjecturae in notis exhibitae. Dignior Gadareno fuerit lectio, quae et a Cod. scriptura proxime abest:

φλόγα δ' οἷα προφαίνων
παιδὸς ἀπέσσυτ' ἐμοὶ κάλλος ἐραστὸν ἰδεῖν.

Nr. 95. v. 3. *ἄντιος ἤδη.* Fortasse scribendum: *ὁ δὲ γλυκὺς ἄντ' ἰσίδοι σε.* Paulo post Nr. 122. *'Αρισταγόρην εἰσιδοῦσαι ἀντίον.*

Nr. 102. v. 3. *κεχρημένος. κεχαρημένος Bentleii* probat *Blomfield.* Idem in Addendis p. 399. v. 4. pro *τῇ* reponendum censet *τῇ*; illud *τῇ* a Criticis Homericis excogitatum meram barbariem esse affirmans.

Nr. 105. v. 2. *ἐξ οἴκων ὕψου.* Requiritur verbum, ut *τραυλίζειν, ψελλίζειν.*

Nr. 118. v. 6. „Bentleii lectionem unice veram puto. Limini enim osculum dedisse, non esset idonea offensionis caussa. Horat. Carm. II. 12. 25. *Dum flagrantia detorquet ad oscula Cervicem.*" *Blomfield.*

Nr. 126. v. 1. *ἀλύων* explices licet etiam *per otium, non habens quod ageret*; quam significationem verbi *ἀλύειν* copiose exposuit *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* T. XI. p. 231. s.

Nr. 130. v. 4. *ἀλλ' ἐν ἐμῇ ἴσχετ' Ἔρως κραδίῃ.* Suspecta lectio vel ob vocalium concursum in medio versu, cum poeta scribere posset, *γλύψεν* aut *στίξεν. Amor pueri nomen cordi meo insculpsit.* At vera est, ni fallor, lectio:

ἀλλ' ἐν ἐμῇ σμύχετ' Ἔρως κραδίῃ.

De Amore *Theocrit.* Eid. III. 17. *ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει. Mosch.* Eid. VI. 4. *ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ. Agath.* Cap. V. nr. 292. *δάμαλιν, ἧς με περισμύχουσι μεληδόνες. Heliodor.* L. X. 17. p. 415. *πλείονι δὲ αὐτὸς πυρὶ τῷ πάθει τὴν καρδίαν σμυχόμενος.* Fuse hanc vocem illustravit *Hemsterh.* ad *Lucian.* T. II. p. 427. sqq. Similiter *Philodemus* Cap. XI. nr. 41. *καὶ πῦρ ἀπλήστῳ*

τίφετ' ἐνὶ κραδίῃ. Quam lenis sit illa correctio, apparebit lectionem Cod. comparantibus: ἐν ἐμηΐσχετ' ἔρως.

Nr. 134. v. 5. „Quid sit ἀπὸ ῥυσμοῦ, nemo omnium intellexit. Vereor, ut omnia recte se habeant." *Blomfield.*

Nr. 135. v. 2. ἤτασεν. ἐβασάνισεν. *Hesych.* ubi laudatur conjectura *Guyeti* (*Salmasii* potius) ἤτασαν αἱ πολλαὶ N. προπόσεις.

Nr. 138. v. 4. ἔσθ' ὅτε τοῖς καλοῖς. Malim, τοῖσι καλοῖς.

Nr. 140. v. 4. In marg. scribe: πᾶς δ' ἐν ἐμοὶ Ζεύς. P. deleto Ζεὺς in proxima linea, in quam hoc vocabulum typothetae culpa aberravit. *Blomfield* dedit: ἐν πυρὶ πᾶς δ' ἐπ' ἐμοὶ Ζεὺς ἐκεραυνοβόλει.

Nr. 143. v. 12. Verborum vestigia si spectas, nihil fuerit lenius, quam corrigi: Ἑρμῇ τοξευθεὶς ἐξέσπασε πικρὸν ἔφηβος Κῆλον. Certe ad πικρὸν substantivum desideratur. Κῆλον λέγεται τὸ ξύλινον βέλος. Etym. M. p. 463. 45. ed. Lips. Sed vel sic argumentum epigrammatis obscurum.

Nr. 149. v. 1. περίφευγε. περίψυχε conjecit cl. *Boissonade* ad *Eunapium* p. 145. eo sensu procul dubio, quem illustravit *Berglerus* ad *Alciphr.* L. III. Ep. LIX. p. 422.

Nr. 161. v. 3. ἠδ' ὑπὲρ ὤμων. Si, quod in notis conjeci, sensum offert idoneum, propius tamen ad litterarum vestigia scribes: εὖτε παρ' οἴνῳ. Vid. *Valcken.* ad Callim. Fr. Eleg. p. 15 et p. 262. aut παρ' οἶνον. nam hic quoque casus bene habet, ut apparet ex locis allatis a *Valcken.* ad *Herodot.* p. 188. 49. *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* T. XI. p. 354. s.

Nr. 163. v. 2. ὃ μήτ' ἀνθεῖ, μήτε γένοιτ' ἐν ἴσῳ. Haec verba non referri posse videntur ad inaequalitatem quandam auri et smaragdi, sed ad conjunctionem illam, quam Amorem effecisse poëta narrat, cui nihil simile reperiri posse ait, ne auri quidem cum smaragdo consociationem, quamvis illa pulcherrima sit. In hunc sensum corrigi posse videtur: ἃ μήτ' ἀνθεῖ, μήτε γανοῦτ' ἐν ἴσῳ. De verbo γανοῦσθαι vide inprimis *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* T. XI. p. 359. ἐν ἴσῳ pro ἴσως dixit *Xenoph.* Anab. I. 8. 11. Cyrop. VII. 1. 4. V. 4. ἐν βιότῳ. Cod. et Ap. Goth. Εὐβιότῳ. Br. ex emendatione *Salmasii.*

Nr. 164. v. 3. Quo saepius hoc distichon lego, eo probabilior fit opinio, quam in notis significavi, ad Ἄλεξις deesse epitheton, respondens epitheto ἁβροκόμης. Etiam ὄντως suspectum ob articulum in Cod. additum. Quare vide, an scribi possit:

οἷα τὸν ἁβροκόμην στέργει Κλεόβουλον Ἄλεξις
ἁβροκομῶν· λῷστον Κύπριδος οἰνόμελι.

ubi certe ultimae syllabae *ωνλωστον* proxime absunt a lectione membr. *οιτωστο*. De verbo *ἁβροκομῶν* cum nemine disputaverim. Nam et *οὐλοκόμον* legi possit, (*Pollux* II. 23. *οὐλοκόμος μέντοι εἴρηται παρ' Ἀλέξιδι καὶ Φερεκράτῃ, οὐλοκέφαλος. οὐλοκίκιννα δὲ Τελεσίλλα εἴρηκε.* Indos *οὐλοκόμους* appellat *Nonn.* Dion. L. XIV. p. 404. 6. Sed non minus recte de formosis dicitur. Od. ψ. 157. *κὰδ δὲ κάρητος Οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας. Callimach.* H. in Del. 302. *οὔλας ἐθείρας Ἕσπερος. Marc. Argent.* Cap. VI. nr. 201. *βόστρυχον ὡραίων οὖλον ἀπὸ πλοκάμων. Achill. Tat.* Lib. I. 4. p. 15. *κόμη ξανθή, τὸ ξανθὸν οὖλον.*) et *ξανθοκόμον*, quod a *ϑνατονον* proxime abest. *ξανθοκόμας* habet *Oppian.* Cyneg. L. III. 24.

Nr. 190. v. 1. *ὁ κάλλει τῷ σῷ νικᾶσθαι κηρὸς ἐπιστάμενος.* Frigida laus pulcritudinis, ceram assequi eam non potuisse. Num scribendum *κιρνᾶσθαι? cera, quae cum pulcritudine tua misceri potuit.*

Nr. 194. v. 5. *ἣν ἐσαθρήσῃς.* Durior accusativi omissio. Fortasse scribendum: *ἄν σφ' ἐσαθρήσῃς.*

Nr. 200. v. 4. Post *χύδην* comma ponendum.

Nr. 236. v. 3. *Boissonade* v. cl. per litteras mihi significavit, se in Notis ad Holstenii epistolas p. 106. de hoc loco sic scripsisse: „Stratonis lectio suspecta est in Ep. 75. ubi eunuchum, qui pueros delicatos nullum in usum habebat, cani in praesepi comparat: *ὄντως ὡς ὁ κύων φάτνῃ ῥόδα, μωρὰ δ' ὑλακτῶν.* Mira sane hic mentio rosarum. Auctores alii, qui hoc proverbio sunt usi, hordeum in praesepi collocant, non rosas; et illud certe tali loco aptius est. Sed et alio incommodo laborat vox *ῥόδα*; nam verbum non habet, a quo pendeat. Conjeci *σφόδρα*, et verba *μωρὰ δὲ* tale quid appositionis postulare videntur. Notandum insuper in verbis *μωρὰ ὑλ.* adludi ad Homeri versum Od. XIV. 29. *ἐξαπίνης δ' Ὀδυσῆα ἴδον κύνες ὑλακόμωροι.*" Lenis et ingeniosa correctio; an vera, non dixerim. Me quidem non tam *rosae* offendunt, quae cum pulchris illis pueris satis apte componuntur, quam *praesepis* in hoc contextu commemoratio. Fortasse *φάτνῃ* debetur sciolo, cui proverbium *ὡς κύων ἐν φάτνῃ* parum opportune obversabatur. Sed aliud fortasse fuit proverbium *ὡς κύων ῥόδα φυλάττων*, ad quod respiciens *Strato* scribere potuit: *ὡς ὁ κύων, φασίν, ῥόδα*, subaudito verbo; quamquam oratio multo foret lenior, si egeretur: *φρουρῶν ὡς ὁ κύων, φασίν, ῥόδα, μωρὰ δ' ὑλακτῶν....*

Nr. 249. v. 4. χρωτὸς ἀκηροτάτου. Vulgaris usus postularet ἀκηρατωτάτου, ab ἀκήρατος. *Philostr.* Epist. XXXVI. p. 929. ὡς ἐκπεσόντα ἀκηράτου χρωτὸς τῆς σῆς δρόσου. Forma ἀκηρότατος descendit ab ἄκηρος, quod alibi non reperitur; sed ἐπίκηρος extat ap. *Plutarch.* T. VII. p. 71. ed. *Reisk.* Syncopen in hoc vocabulo esse statuit, ut in similibus, *Wyttenbachius* ad *Plutarch.* T. XI. p. 434. quem nec *Stratonis* locus fefellit. Et ad hunc quidem notavit haec: „ἀκηροτάτου pro ἀκηρατωτάτου, ab ἀκήρατος, *incorruptus, immortalis*, sumsit superlativum nominis ἄκηρος, itaque duplici significatione vim acuminis auxit; est enim et *sine cera*, a κηρός, et *incorruptus, immortalis*, a κήρ, *fatum, corruptio*." [Conf. quae notavi in Addend. ad Nackii librum de Choerilis. *G. H. S.*]

Nr. 253. v. 2. καί μ' ὁ καλός. κεἴ μ' ὁ καλὸς scribendum videtur: *etiamsi pulcher ille puer me ebrium et saltantem irrideret.*

Nr. 255. v. 1. ἀκοινώτητε. Scr. ἀκοινώνητε.

Nr. 256. v. 10. ἱμερτοὺς ἀρετῆς κλῶνας ἀπεδρέπετο. In ἀρετῆς nomen pueri latere non dubito; sed illi floris quoque plantaeve nomen additum fuisse debuit, ut in reliquis. Lenitate saltem se commendabit conjectura nostra:

μύρτου δ' Ἀρχιτέλην κλῶνας ἀπεδρέπετο.

ut v. 3. κρίνον ἡδὺ κατέπλεξεν Διόδωρον. et v. 7. χρυσάνθη κρόκον Θήρωνα. Ut autem ἀρχὴ et ἀρετὴ inter se confunduntur (vid. Addit. Anim. in Athen. p. 184.), sic etiam Ἀρχιτέλη facile in ἀρετῇ depravari potuit. Hoc nomen occurrit ap. *Philipp.* Cap. VII. nr. 554. *Athen.* L. VI. p. 232. B. *Lucian.* Scyth. §. 2. T. IV. p. 146. et apud alios.

Ad Caput decimum tertium.

Nr. 1. Poemation ex solis pentametris constans, *Theodori Prodromi*, legitur in Notitia Manuss. Bibl. Nat. Paris. T. VII. p. 257.

Nr. 3. v. 3. χρηστῶν ex *Opsopoei* correctione primus recepit *Stephanus*, quem reliqui sunt secuti. Ex hoc praecipue epigrammate de Hipponactis moribus et animo aliter, ac vulgo fieri solet, statuendum esse existimat *Welckerus* V. cl. qui nuper illius poëtae reliquias collegit, et docto commentario instruxit, p. 6.

Ad Caput decimum quartum.

Quum *Paulssenii* comparatio libri Palatini in fine praecedentis capitis subsistat, illa parte praestantissimi codicis, quae Cap. XIV. usque

ad finem complectitur, Parisiis relicta, varietates lectionis, quas in Notis praetermisi, ex Apogr. nostro enotabo. Nr. 3. v. 3. In Notis perperam excusum *Χάριστος.* P. Pl. pro *Χαρίσιος.* P. Pl. *Χαρίστιος* est ap. *Br.* Illud nomen restituendum est, quod etiam in Cod. Gudiano legitur, et passim occurrit, v. c. ap. *Demosthenem* T. II. p. 1304. 26. p. 1351. 4.

Nr. 6. in marg. cod. ϛ́ χγ. Nr. 7. Item Ζ ιθ. et sic passim problematis numeri solutionis appicti.

Nr. 15. v. 5. *τοῖσδε κατίσχε.* Rectius scripsissem *τοῖσδε*, quam cum *Br.* *τόνδε.* ὅς enim, ad quod pronomen illud refertur, plura complectitur. Vid. Addenda ad Anim. T. III. 3. p. 133.

Nr. 35. v. 1. *ὃ καὶ τέμνει σίδηρος.* Leni mutatione scribendum:

ἀνθρώπου μέλος εἰμί, ὅ κεν τ έ μ ν η σ ι σίδηρος.

aut etiam *ὃ καὶ τέμνῃσι σίδ.* quum saepe sic ponatur conjunctivus post pronomen relativum, particula ἄν non interveniente. De hiatu in tertio pede vid. haec Addenda p. XXVI. s.

Nr. 36. v. 1. *ἴδατα.* Ap. Goth. i. e. *ὕδατα.*

Nr. 48. v. 1. *δὲ ἑκάστῳ.* De hoc genere hiatus vid. *Hermann.* ad Orph. p. 725. *Spitzner* de versu gr. her. p. 119. — V. 3. *αἳ δ'.* Sic membr. *αἱ δ'* verius. V. 5. rectius fortasse scripsissem: *εἰπέ, πόσον μ ὲ ν ἔδωκαν, ὅπως δ' ἴσα πᾶσαι ἔχεσκον.*

Nr. 49. v. 7. *ἀλλ'. ἄλλ'* Ap. G.

Nr. 52. v. 2. Ad ea, quae diximus in notis de loco *Platonis*, facit *Libanius* T. III. p. 282. 17. *μή τοι νομίσῃ τις ἀκούσεσθαι Πηλίου κορυφὰς καὶ Κενταύρου σῶμα διφυές, καὶ τροφέα μισάνθρωπον, καὶ τροφὴν ἐξηγριωμένην.* Quamquam Chiron ab hominum consortio remotus in montium jugis degebat, nemo tamen propterea sapientissimum Achillis aliorumque heroum magistrum hominum humanitatisque osorem appellavit. Quare hoc quoque loco *μιξάνθρωπον* videtur legendum. Comparandum simile compositum *μιξόμβροτος*, de Io usurpatum ap. *Aeschylum* Suppl. v. 570. s.

Nr. 53. v. 1. *ὑπ' ἀγκοίνῃσι μιγεῖσα.* Hanc lectionem tueri videtur *Homer.* Od. λ. 268. *ἥ ῥ' Ἡρακλέα ... γείνατ' ἐν ἀγκοίνῃσι Διὸς μεγάλοιο μιγεῖσα.* cui simile Hesiodeum ap. *Pausan.* L. IX. 11. 3. *Θηρὼ δ' Ἀπόλλωνος ἐν ἀγκοίνῃσι πεσοῦσα Γείνατο Χείρωνος κρατερὸν μένος.* Nec fortasse repetitio ejusdem vocabuli nos offendere debet.

Nr. 58. v. 3. *ὑπέραυλον.* Ap. G. — Nr. 59. v. 1. *υἷας.* Ibid.

Nr. 60. v. 1. In Notis marg. scr. *μὲν τετέκεν.* Accentus sedes, et

lectio edit. Stephan. efficit, ut legendum suspicer: ὕλη μέν με τέκεν, καινούργησεν δὲ σίδηρος. quod temporum rationi magis consentaneum est.

Nr. 66. v. 7. δύςξενετὸν Ap. Goth. V. 11. ζῶντί τε καὶ φθιμένῳ. Ibid. καὶ ζῶν καὶ φθίμενος. Pseudo-Plutarch.

Nr. 67. v. 3. Transpositis verbis etiam χείρεσι servari posset, χείρεσί σου παιδὸς λείψειν φάος. Sed lenior mutatio, qua in textu sum usus. De χερσὶ et χείρεσσι confusis dixi in Not. p. 13.

Nr. 71. v. 1. ἁγνὸς εἰς τέμενος. Fortasse ἀγνής, quam formam apud poëtas reperiri testatur *Stephanus*. Exempla vellem adjecisset.

Nr. 73. v. 4. In notis corrige: οἱ τὸ μεσοηγύ. P. pro μεσηγύ. V. 8. non δυωδεκαταῖοι legitur in membr., sed, quod Apographum nostrum iterum consulens intellexi, δυωκαιδεκαταῖοι.

Nr. 75. v. 3. εἰπέ. Si haec quoque verba diriguntur ad Iovis Neptunique internuntium, jubetur ille, mari ter percusso, Iovis mandata reddere, fere ut terram manibus caedunt, qui se ab inferis volunt exaudiri. Tum vero καὶ πείσεαι non habet locum, sed εἰ πείσεται legendum.

Nr. 93. v. 6. ξύλινον. In Ap. nostro scriptum ξυλινον, quod foret ξύηνον.

Nr. 97. v. 2. Εὐβοΐης. Sic editt. Herodoti. Εὐβοίης. Ap. Goth.

Nr. 102. In lemmate ante βασιλεῖ adde τῷ.

Nr. 103. v. 3. In marg. corr. ῥύσαιτάν με.

Nr. 106. v. 4. εὑρήσεις ἐπίῤῥημα. Aliud agens scripsi, metrum bene habiturum, si legeretur, βραχύ τι ῥῆμα. quod locum haberet, si scriberetur, καὶ βραχὺ ῥῆμα. Sed nihil horum probabile. Scribendum potius:

ἢν δὲ τὸ λοῖσθον
αἴρῃς, εὑρήσεις εἰςέτι ῥῆμα τόπου.

[Not. p. 808. l. 13. *correxit*. Scr. *correxi*.]

Nr. 113. Lemma, quod dedimus, oraculo in Cod. superscriptum est. In margine legitur aliud: χρησμὸς δοθεὶς ἀρχιλόχῳ. (Cod.: χρηα δο ἀρχιλοχ with μ, θ, ω superscript.)

Nr. 114. v. 2. In comment. νέ κεν. In Apogr. hae syllabae junctae.

Nr. 116. v. 7. γλαύκης. Pal.

Nr. 118. v. 6. ἤλυθεν. typothetae error pro ἤλυθον.

Nr. 123. v. 10. Λάος. In membr. δάος esse videtur, ut v. 11. συνέ τῇ. Ibid. τιμιος est in Apogr. et procul dubio etiam in membr.

Recte *Brunckius* edidit *Τίβιος*, quod servi nomen. *Lucian.* Tim. §. 22. T. I. p. 92. ἀντὶ τοῦ τέως Πυῤῥίου, ἢ Δρόμωνος, ἢ Τιβίου, Μεγακλῆς ἢ Μεγάβυζος ἢ Πρώταρχος μετονομασθείς. ubi vid. *Solan.* et *Hemsterhusium.* Ap. *Theophrastum* Char. IX. (XVI. ed. *Schn.*) vulgo εἰσαγοῦ Τίμει. *Τίβιε* scripsit *Schneiderus* cum *Salmasio*, repugnante tamen *Hottingero* in versione vernacula p. 388.

Nr. 124. v. 9. εἴκοσ' ἔτεσσι. Sic *Huschke.* εἴκοσι ἔτεσσι Ap. Goth. In praecedente versu pro ἐπάλλιστα δάκρυα χεύσας, suspicari possis, ἐπ' ἄλληκτον δάκρυ χεύσας. *Callimach.* H. in Dian. v. 148. θεοὶ δ' ἐπὶ πάντες ἐκείνῳ Ἄλληκτον γελόωσι.

Nr. 126. v. 8. τοῦδε καὶ ἡ κρυεροῦ μέτρον ἑλὼν βιότου. Leniorem hujus loci, quam in notis desiderabam, correctionem mihi reperisse videor, scribens:

αἴ, αἴ, τηλύγετον δειλὸν τέκος, ἥμισυ πατρὸς
τοῦδ' ἑκάτης δυεροῦ μέτρον ἑλὼν βιότου.

combustus, i. e. *sepultus es, quum dimidiam partem aerumnosae patris vitae peregisses.*

Nr. 127. v. 4. ἔζησεν λοιπὰ τρεῖς καὶ δέκα. Male sic *Br.* quem sequi non debebam. Restituenda membr. lectio, conjunctis tantum syllabis: λοιπὰ τρισκαίδεκα. Ellipsin nominis ἔτη illustrant exempla ap. *L. Bos* p. 162.

Nr. 134. v. 3. ἤματι Ap. G. et in sqq. quoque passim adspiratur.

Nr. 137. v. 3. δαιτυμόνας, οἷσιν θεὸς δαιτός τε τάφου τε Τόνδ' ἔπορεν χῶρον. Elegantior foret lectio, si scriberetur: θεὸς οἷσιν ὁ μοῦ δαιτός τε τάφου τε... Fortasse tamen acquiescendum in correctione, quam in notis expromsimus.

Nr. 138. v. 2. In Κλεῖτ' fortasse latet Κλεῖς. Hoc nomen, sed per diaeresin solutum, legitur apud *Hephaestionem* p. 95. ed. *Gaisf.* Κλεῒς ἀγαπατά. Haec si probabilis conjectura, legendum, Κλεϊδὶ (an Κλεῒδι?) πόρεν τὸ τρίτον.

Nr. 140. v. 1. ἦ ῥά τοι ἦρα τάδ' εὔαδεν. An ἔργα τάδ' legendum?

Nr. 146. v. 2. λαβὼν σου Ap. G. recte.

Ad Caput decimum quintum.

Nr. 2. v. 4. In Ap. Goth. scriptum; παλινορσον ἰόν. Ib. εἴρατο.

Nr. 7. v. 5. Corrige in marg. εἰὼ (η supra) P.

Nr. 8. v. 1. *οὐδὲ θανόντων Μνήμονες ἀλλήλων ἴσχον ἀποικεσίην.* *μνήμονες* in hoc contextu non solum molestum, sed vix ferendum. Scribendum videtur, *λήσμονες ἀλλήλων.*

Nr. 9. v. 8. In membr. esse videtur, *τριτάτ... γενέθλ* i. e. *τριτάτην γενέθλην.*

Nr. 11. v. 7. *Νιρεύς.* Corrige *Νηρεύς.* V. 8. *ἰῶν.* Ap. G.

Nr. 13. v. 4. *κλεῖσμος.* Ap. G. — *φορέειν.* Verior nunc videtur *Reiskii* correctio, *φορέων.* Lacunam in v. 2. sic licet expleas: *εἰ δέ γε Μούσης Νῆϊς, δακτύλῳ ἀκροτάτῳ ἀπεγεύσαο μοῦνον.* ex Cap. IX. nr. 191. *εἰ δὲ Νῆϊς ἔφυς Μουσέων, χερσὶ βάρος φορέεις.* Ib. nr. 538. *εἰ δέ γε πάμπαν Νῆϊς ἔφυς Μουσέων, ῥίψον ἃ μὴ νοέῃς.*

Nr. 18. v. 1. Post *γενέσθαι* comma delendum.

Nr. 20. v. 2. *τὸν βίον.* prava lectio. Restitue *τὸν χρόνον,* ut est in Palat. et ap. *Reiskium.* Illud calami errori debetur.

Nr. 21. v. 14. *στῆτας.* Ap. Goth.

[Not. p. 823. l. 5. corrige *κερι.* ubi *κ* scriptum pro N.]

Nr. 28. v. 11. *ὁ καὶ Μαρίης καὶ ἀθανάτου πατρὸς υἱός.* Fortasse, *Μαρίης τε καί.*

[Not. p. 827. l. 7. ab ult. *χρύσας.* Scr. *χρυσᾶς* Pal.]

[Not. p. 827. l. penult. *ματροῤῥιπνος.* Scr. *ματροριπνος.*]

[Not. p. 831. l. 1. post *translata est.* insere: Omnem varietatem lectionis in Anacreontis Odariis ex Cod. Palat. diligenter enotavit cl. *Levesque* in Notit. Manuscr. Bibl. Paris. T. VIII. p. 468. sqq.]

Nr. 29. v. 5. *ἠελίοιο.* Ap. G. et iterum Nr. 30. v. 2.

Nr. 33. v. 13. *εἰ δ' οὖν. εἰ δ' οὐ* conjeci, idque in notis adstruxi. Verum vide, an necessaria sit correctio. Sequioribus certe temporibus etiam particulis *εἰ δ' οὖν* negandi vis videtur esse tributa. Sic certe *Theodor. Hyrtac.* Epist. VIII. (*Notices des Manuscr. de la Bibl. Nat.* T. V. p. 731.) *εἰ μὲν οὖν μεταβάλοιεν, εἰ δ' οὖν, ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν εἰδείην, αὐτὸς δ' ἂν εἰδείης.* Id. Ep. XLII. (Ibid. T. VI. p. 11.) *λόγος ἐπηγγελμένος, ἣν μὲν καὶ πρὸς ἔργον ἐκβαίη, βέβαιος ἂν εἴη λόγος... εἰ δ' οὖν, ἐνύπνιον, μᾶλλον δὲ σκιᾶς ὄναρ.* Ep. LX. Ibid. p. 25. *ἢν οὖν ἐνδιδῷς, γράμμασιν ἱεροῖς γνώρισον· καὶ δῆτα, τὸ τῆς παροιμίας, καὶ χωλὸν ὄψει πρὸς δρόμον. Εἰ δ' οὖν, κατὰ χώραν μενῶ.* Cf. Ib. Ep. LXXIV. p. 27. Ep. LXXVI. p. 28. Ep. LXXXIV. p. 35.

Nr. 34. v. 3. *πένησιν.* Ap. Goth. V. 9. *φιλοπτωχίης.* Ibid.

Nr. 37. v. 5. *Κομητᾶς.* Exemplis de correpta terminatione *ας* in notis ad h. l. allatis adde *Gregor. Naz.* Carm. XLIII. 1. Tom. II.

p. 103. παροιμίων δὲ Λουκᾶς ἐμνήσθη τόσων. V. 3. ἀριπρεπίας τε esse videtur in Pal.

Nr. 40. v. 29. In marg. post τάχιστ' dele *P*. V. 57. νίος ἐῆος. In Ap. nostro est ἐῆος. Sed verius videtur, quod in textu dedi, ἑῆος. Inter duas has lectiones librarii fere ubique fluctuant. Vid. Heyn. ad Il. α. T. IV. p. 102. s.

Ad Caput decimum sextum.

Nr. 19. v. 1. εἰρήνη πάντεσσιν. Facit huc inprimis *Io. Chrysost.* Homil. III. in Epist. ad Coloss. p. 107. ὅταν εἰσέλθῃ ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστώς, εὐθέως λέγει, Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ὁμιλῇ· Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν εὐλογῇ· Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν ἀσπάζεσθαι κελεύῃ· Εἰρήνη πᾶσιν.

[Not. p. 847. l. 9. Corrige τῶ. *Br.* pro τῷ.]

[Not. p. 848. l. 5. ἀχρεῖος. *Br.* Corrige ἀχρείως. In Schol. Wechel. ἀχρεῖος.]

Nr. 68. v. 8. κοιλὰς adjective occurrit ap. *Tryphiodor.* v. 194. θῆρες ἐρωήσαντες ὑπὸ πτύχα κοιλάδος εὐνῆς. *Nonn.* Dion. Lib. XII. p. 348. 2. κοιλάδι πέτρῃ.

Nr. 92. v. 8. ὄγδοον ἐκ Κρήτης δὲ πυρίπνοον ἤλασε ταῦρον. Valde molesta est particula adversativa in hac sede; nec dubito, scribendum esse:

ὄγδοον ἐκ Κρήτηθε.

pleonasmo perquam crebro. De forma Κρήτηθε autem ne dubites pro Κρήτηθεν, sic infra nr. 185. ἀμφότεροι Θήβηθε. *Callimach.* H. in Del. v. 197. σὺ δ' Εὐβοίηθε κατῄεις. Ib. v. 284. ἃ Δωδώνηθε Πελασγοὶ.. πρώτιστα δέχονται. *Apollon. Rhod.* L. I. v. 209. ἦμος ἔβη Πυθῶθε θεοπροπίας ἐρεείνων. *Nicander* ap. *Athen.* L. XV. p. 683. A. ἄνθη Ἰαονίηθε. ut *Casaubonus* correxit, accinente Cod. Veneto. Ib. p. 683. B. πρῶτα μὲν Ὠδονίηθε. Κύπροθε et Ἀθήνηθε affert *Bastius* ad *Gregor. Cor.* p. 166. Facit huc etiam ἔκτοσθε et προτέρωθε, quae apud poetas obvia commemorat *Etymol. M.* p. 349. 48. ed. Lips.

Nr. 95. v. 4. ὑπὲρ ζωᾶς καὶ βιοτᾶς σφετέρας. Haec tautologia quum ferri nequeat, vide an *Damagetas* scripserit:

ὑπὲρ ῥώμας καὶ βιοτᾶς.

certamen erat roboris, in quo de vita agebatur. Xenophanes ap. *Athen.*

L. X. p. 414. B. οὐδὲ μὲν εἰ ταχυτᾶτι ποδῶν, τόπερ ἐστὶ πρότιμον Ῥώμης, ὅσσ' ἀνδρῶν ἔργ' ἐν ἀγῶνι πέλει.

Nr. 111. v. 1. καὶ τὸν ἀπὸ Τρηχῖνος ἰδὼν πολυώδυνον ἥρω .... ἔγραψε Παῤῥάσιος. Hunc quoque versum occupat vitium, de quo diximus p. 861 et 869. Scribendum enim: ἴδ' ὡς πολυώδυνον ἥρω .... ἔγραψε. Initio versus καὶ refertur fortasse ad alia Glauci epigrammata in artis opera.

Nr. 127. v. 1. μονοκρήπιδα. De accentu hujusmodi compositorum, quae ex oxytonis femininis orta, communia fiunt, accurate disputantem vide *Spohnium* in Comm. de extrema Odysseae parte p. 191. s.

Nr. 134. v. 5. Rectius fortasse hunc versum sic distinxeris:

οὔ σοι παῖδες ἔτ' εἰσίν· ἀτὰρ τί τόδ'; ἄλλο τι λεύσσω.

Certe in Brunckiana lectione et distinctione verba τί λεύσσω; colon efficiunt cum praecedentibus comparatum nimis breve et jejunum.

Nr. 139. v. 5. σῶν γὰρ ἀμέτρων Ζήλων, εἰς ἃ θέμις, καὶ γραφὶς αἰσθάνεται. Conjectura, quam in marg. posui, id, quod sensus requirere videtur, indicat; a vulgata autem longius abest. Hac ex parte probabilius, poëtam scripsisse:

ζήλων, οἷς θύεις, καὶ γραφὶς αἰσθάνεται.

Oppian. Hal. IV. 174. οἴστρῳ τε ζήλῳ τε, βαρύφρονι δαίμονι, θύων. *Apoll. Rh.* III. 755. πυκνὰ δέ οἱ κραδίη στηθέων ἔντοσθεν ἔθυεν.

Nr. 150. v. 4. σώφρονι κρύπτε πέπλῳ. Sensui satisfacit, quod conjeci, κρύπτε πόνῳ. Sed quum in sequentibus tota res tamquam praesens ob oculos ponatur, vulgatum κρύπτε molestum est. Huic incommodo medeberis legens:

σώφρονι ΚΡΥΠΤΕΙ ̓ΟΤΛΩι.

quod quam facile depravari potuerit in ΚΡΥΠΤΕ ΠΕΠΛΩι, in oculos incurrit. Ὀτλεῖν pro πονεῖν, μοχθεῖν est Cap. V. nr. 226. v. 6. ἔνδικον ὀτλήσοντες ἀεὶ πόνον. *Callimach.* Fragm. CCLXXIV. κενεὸν πόνον ὀτλήσαντες. ὄτλον ipsum est pro πόνῳ ap. *Aeschyl.* VII c. Theb. v. 16.

Nr. 151. ἀλλὰ βίας φεύγουσα Ἰαρβαίων ὑμεναίων. Nisi negligentiae tribuendus est hiatus, corrigendum dixerim: βίας φεύγουσ' ἀπ' Ἰαρβαίων ὑμ. in quibus periphrasis est apud poetas crebro obvia. Vid. Not. p. 42.

[Not. p. 859. l. 4. pro: *Prior quidem* lege: *Priorem.*]

Nr. 176. v. 1. Si recte distinxit Br., scribendum praeterea:

καὶ Κύπρις Σπάρτας· οὐ δ' ἄστεσιν οἷά τ' ἐν ἄλλοις...

quod monui in Animadverss. T. III. P. 2. p. 455.

Nr. 228. v. 1. ὑπὸ τὰν πέτραν. Per se haec lectio non habet, quod offendat; immo egregie eam tuearis loco *Hesiodi* Ἔ. καὶ Ἡ. 586. de calida aestate agentis: ἀλλὰ τόδ' ἤδη Εἴη πετραίη τε σκιὴ καὶ βίβλινος οἶνος .... ἐπὶ δ' αἴθοπα πινέμεν οἶνον, Ἐν σκιῇ ἑζόμενον .. ἀντίον ἀκραέος Ζεφύρου τρέψαντα πρόσωπον, Κρήνης τ' ἀενάου καὶ ἀποῤῥύτου, ἥ τ' ἀθόλωτος. Etiam *Theocrit.* Eid. VIII. 55. ἀλλ' ὑπὸ τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' ᾄσομαι. Sed proximus in epigrammate nostro versus magis favere videtur conjecturae nostrae, ὑπὸ τὰν πτελέαν. *Cyrus* Cap. IX. nr. 136. ὑπὸ πτελέῃσι καθήμενος, ἢ ὑπὸ πέτρῃ Συρίσδων.

Nr. 233. v. 8. In loco *Aristophanis* Acharn. v. 181. quem in notis excitavimus, Μαραθωνομάχοι legit etiam *Io. Laurentius* de Magistr. Rom. I. 10. p. 24.

Nr. 241. v. 3. Delenda in margine conjectura ἐφθέγξατο.

[Not. p. 869. l. ult. *ad nr.* 250. lege, 180.]

Nr. 251. v. 1. πτανῷ πτανὸν Ἔρωτα τὸν ἀντίον ἔπλασ' Ἔρωτι. Valde suspicor, scriptum fuisse olim: Ἔρωτα κατ' ἀντίον ἔπλ. Ἔρωτι.

Nr. 265. v. 1. ἐσθλοῖσι. Remansit hoc ex textu Brunckiano. Addenda littera paragogica cum Planude.

Nr. 266. v. 6. Si in ἀνδρόσιν autepenultima producatur litterae sibilantis beneficio, quae interdum pronuntiando duplicatur, (vid. *Spitzner* de Versu gr. her. p. 80. s.) legi possit, una littera inserta: ὥστε τις ἔμψυχόν σ' ἀνδρόσσιν ἄνυσε τέχνα.

Nr. 298. v. 1. μάρναντο σοφὴν διὰ ῥίζαν Ὁμήρου. In Dialogo *Theodori Prodromi* ex Vatic. Cod. edito in Notit. Mss. Bibl. Paris. T. VIII. p. 134. μάρνανθ' ἱερὴν διὰ ῥίζαν ἐμεῖο.

Nr. 299. v. 5. Ut h. l. ἤ ῥα mutavimus in ἦρα, sic in Fragm. *Callimachi* XLI. *Valckenarius*, quem vide in Epist. ad Ernest. nr. XVI. pag. 49.

Nr. 308. v. 1. τοῖς. Schol. Wechel. p. 507. etiam ταῖς legi monet. V. 7. ἀγλαΐζεται pro ἀθροΐζεται. Idem.

Nr. 320. v. 3. φασὶν ἅμα πᾶσαι. Num ὁμῇ?

Nr. 334. v. 2. post καθελεῖ pone colon.

Ad Caput decimum septimum.

Nr. 6. v. 3. τοῖον ἐλαφρίζοντι τεῷ ἐγκάτθετο κώλῳ. Sic *Homer.* Il. ξ. 219. τοῦτον ἱμάντα τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ. Hymn. in Cer. v. 285.

παῖδ' ἀνὰ χερσὶν ἑλοῦσα ἑῷ ἐγκάτθετο κόλπῳ. Etiam in Inscr. Triopea, in qua hiatus studiose cumulati, v. 31. *νηῷ ἐγκατέθηκε.* Alius fortasse praetulisset, *τεῷ ἐνικάτθετο κόλπῳ.* Nihil certe frequentius hujusmodi hiatibus longae syllabae et praepositionis *ἐνί.* Cap. VI. nr. 228. *ὅδε που βαθέῃ ἐνὶ ποίῃ.* Cap. VII. 1. *Ἴῳ ἔνι παῖδες.* Cap. IX. nr. 207. *τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ.* plane ut apud *Hesiodum* *Ἔ. καὶ Ἡ.* 27. et 625. *πάντα τεῷ ἐνικάτθεο οἴκῳ.* ubi Cod. Gothan. et alii nonnulli *ἐγκάτθεο.* In Append. nr. 278. *θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ.* *Callimach.* H. in Apoll. v. 78. *ᾗ ἔνι πολλοί.* Id. H. in Dian. 138. *τῇ ἔνι μὲν Λητοῦς γάμος ἔσσεται.* Ib. v. 170. *νύμφαι σε χορῷ ἔνι κυκλώσονται.* H. in Cerer. v. 55. *ᾧ ἔνι δαῖτας.* Ib. v. 92. *ὡς ἠελίῳ ἔνι πλαγγών.* Poeta ap. *Athen.* L. III. p. 73. E. *ὡς δ' ὅτ' ἀέξηται σικυὸς δροσερῷ ἐνὶ χώρῳ.* *Theocrit.* Eid. XIV. 49. *ἀτιμοτάτῃ ἐνὶ μοίρῃ.* Id. Eid. XVII. 106. *δόμῳ ἔνι πίονι.* *Apollon. Rh.* Lib. I. 45. 83. 94. 215. II. 131. 282. 977. 1207. IV. 1479. 1485. 1502.

Nr. 14. v. 2. In *μυελὸς Homerus* primam produxit, alii eandem corripere non dubitarunt. *Nicander* Ther. 101. *ἐν μὲν γὰρ μυελοῖο νεοσφαγέος ἐλάφοιο.* *Theocrit.* Eid. XXVIII. 18. *νάσω Τρινακρίας μυελόν.* *Aeschyl.* Agam. v. 76. in anapaestis: *ὅτε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων.* *Soph.* Trach. v. 784. *κομμοῖς δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει μέσου Κρατός.* *Eurip.* Hipp. v. 254. in anapaestis: *καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχᾶς.*

Nr. 32. v. 5. In lectione Cod. Veneti, *λιθούμεθ' ἅπαντα πάλαι που,* vide an lateat: *λιθούμεθα τετράπαλαί που.* ut in ep. *Callimachi* Cap. VII. nr. 80. *ἀλλὰ σὺ μέν που, Ξεῖν' Ἁλικαρνησεῦ, τετράπαλαι σποδιή.* nisi ille scripsit, quod a membr. vestigiis etiam propius abest, *λιθούμεθα πεντάπαλαί που.* Hoc enim compositum, licet alibi non occurrat, non minus tamen genuinum, quam *τρίπαλαι, τετράπαλαι, δεκάπαλαι* ap. *Aristoph.* Eqq. v. 1153. s. *Lucian.* Lexiphan. §. 2. T. V. p. 177.

Nr. 37. Post hoc epigramma inserere poteram epigrammata nonnulla *Theodori Prodromi,* ex Vatic. Cod. edita in Notitia Manuscr. T. VIII. p. 163. 183. sqq. 212. verum non tanti videbatur, pessimos mali poetae versus hoc loco repetitos legi.

Nr. 41. v. 6. Iis, quae in notis dixi de participiis et adjectivis, ad remotius interdum nomen referendis, adde *Hesiod.* *Ἔ. καὶ Ἡ.* v. 402. *οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα, Κτητήν, οὐ γαμετήν, ἥτις καὶ βουσὶν ἕποιτο.*

Nr. 45. v. 6. *ποσσί νιν ὧετ' ἔργῳ. Blomfield* corrigendum existimabat: *ποσσὶν ἐμοῖς τὤργῳ τοὔνομα συμφέρεται.*

Nr. 46. v. 3. *Ὁμήρειον* etiam *Schol.* in *Dion. Thr.* ap. *Villois.* in Anecdot. Gr. T. II. p. 172. Alii *Ὁμήρου νῦν δὲ καλεῦμαι.*

Nr. 51. v. 14. *Ἅρπυιαι κλωθῶες.* eaedem, quae *κλῶθες*, de qua voce egregie disputavit *Huschke* in Comment. de Inscr. Vasculi Locris inventi p. 17. *Heraclito* eam restituens, ap. *Plutarch.* T. II. p. 370. D.

Nr. 93. v. 4. *οὔτις οἱ ἀνθρώπων.* Quod margini allevimus, defendi potest, quum *οἱ* haud raro in arsi ante vocalem producatur. Sed aut *Hermanni* correctio admittenda, aut scribendum, quod longe facillimum: *οὔτις οἱ μερόπων.* Sic paulo post nr. 104. *ἀθάνατος μερόπων οὐδεὶς ἔφυ.* Obiter notanda vox *μεροπεύς*, unde *μεροπῆος* ap. *Eudoc.* in Martyr. S. Cypr. v. 119. et *μεροπήων* Ib. 115. in *Bandini* Catal. Mss. Gr. p. 235.

Post Nr. 103. inseri potest Inscriptio, ex Graecia in Britanniam delata, quam edidit V. cl. *E. Q. Visconti* in Monumenti Gabini della Villa Pinciana. 1797. p. 151. Insculpta ea basi statuae puellae, quae Dianae sacerdos fuerat:

Ἁζομένη κούρην Λητωΐδα ἰοχέαιραν,
Ἄρτεμιν Ὀρθωσίην, πόλεως περὶ τείχεα πάντα
εἰμ' ἱερῆς ἐγὼ Ἀσκληπιάς· ἐκ δὲ τοκήων,
πατρὸς Εὐκτιμένου Ἀσκληπιάδαο γενέσθην,
ματρὸς σεμνοτάτης Νικηφόριδος, γένος ἐσθλόν,
οἵ δ' εὖ γεινάμενοι μ' ἔδοσαν ἱερῆΐδα τῇδε θεαίνῃ,
βουλῆς καὶ δήμου ψηφισαμένης περ' ἐμεῖο.

Mali versificatoris opus. V. 1. *Ὀρθωσία, ἐπώνυμον Ἀρτέμιδος. Hesych.* V. 4. in marmore esse videtur *ΠΑΤΡΟϹ ϹΥΚΤΙΜΕΝΟΥ*. *Εὐκτιμένου* exhibuit cl. editor. V. 6. versus heptameter, perperam addita voce *θεαίνῃ*. Haud pauca sunt in Inscriptionibus exempla hujusmodi interpolationum, metrum corrumpentium, quae nec a poëtis profectae videntur, nec a quadratariis, sed ab iis, qui illas inscriptiones faciendas curaverant, perspicuitatis plerumque causa. V. 7. Scr. *ψηφισσαμένης.* Ad *περ* addidi apostrophum: *περὶ ἐμοῦ.* Vid. *Boekh.* ad *Pindar.* p. 376.

Nr. 112. Hoc distichon excitat *Scholiast.* Anth. Wech. p. 5. ubi *δίσκων τε β. καὶ κόντου ἐρωή.* et iterum p. 184. ubi nihil varietatis, nisi quod *ποδὸς* ibi legitur pro *ποδῶν.*

Nr. 119. „Legitur hoc epigr. in ara quadrangulari, in qua praefericulum et patera, Apollo cum quatuor Musis et lucus laurorum. In

Zoegae Apographo v. 5. *αθανατον και αγηραον.* V. 6. *αμυμνισιν σελιδ.* V. 11. *ειητηρ.*" *Welcker.* in not. msst.

Nr. 128. *κατὰ ἄστυ.* Excusationem habet hic hiatus ab usu homerico, de quo vid. *Spitzner.* de versu gr. homer. p. 115. s.

Nr. 130. v. 1. restituendum *ἀγακλύτου*, quod in marmore legi *Welckerus* me docuit. Ibid. v. 3. *ειγενιαν σοφιαισι.* Subscripta verba: *ο κεινησας τον βωμον Η αλλον των εκ του ταφου Αποδωσει δημωι ρωμαιων Δηναρια πεντακοσια.*

Nr. 133. v. 1. post *πάντα* comma ponendum. Intelliguntur agri Herodis, in quibus ipse sepultus erat.

[Not. p. 923. l. penult. *στυγιῇ παιδός.* lege *στυγνῇ*, ut recte excusum in margine T. II. p. 804.]

Post Nr. 135. inseri potest Inscriptio a *Sestinio* edita in libro, cui titulus: *Descrizione del Museo del Prencipe di Biscari, nuova edizione.* 1787. p. 6. cujus libri notitiam debeo *Welckero* v. cl. Repertus est lapis anno 1771, prope Monasterium Ordinis S. Benedicti in Catania, eumque princeps cum tabulis aere incisis edere constituerat; quod consilium exitum habuisse non videtur. Inscriptio sic habet:

ΒΑΙΟΝ ΕΜΕ ΝΥΜΦΑΙΣ ΕΡΙΟΝ ΚΑΜ........
ΟΥ ΓΑΡ ΜΟΙ ΣΘΕΝΑΡΗΝ ΧΕΙΡ ΕΠΕ.......
ΑΜ ΕΝΕ ΜΟΙ ΚΑΜΑΤΩΝ ΕΥΡΕΝ ΤΕΛ .....
ΑΓΧΟΘΙ ΛΑΙΝΕ ΗΣ ΑΥΛΑΚΟΣ ΥΔΡΟ .....
ΤΗΝ ΑΥΤΟΣ ΠΟΙΗΣΕΝ ΕΣ ΗΕΡΑ ΠΟΜ ....
ΝΑΜΑ ΦΕΡΕΙΝ ΚΑΘΑΡΟΝ ΕΝΝΑΕΤΑΙ ....
ΕΝΝΟΙΟΥ.

Haec *Welckerus* in hunc fere modum legi posse existimabat:

Βαιὸν ἐμὲ Νύμφαις ἔργον κάμ[νειν θέμις ἐστίν·]
οὐ γάρ μοι σθεναρὴν χεῖρ᾽ ἐπέ[δωκε θεός·]
ἀλλ᾽ ἐν ἐμοὶ καμάτων εὗρεν τέλος [ἀγλαὸν ὕδωρ],
ἀγχόθι λαϊνέης αὔλακος ὑδροχόην,
τὴν αὐτὸς ποίησεν ἐς ἠέρ᾽ [Ἀπολλωνίσκος]
νᾶμα φέρειν καθαρὸν ἐνναέται[ς πόλεος].

hac nota addita: „In postica ejusdem lapidis parte incisa est Inscriptio latina, quam Sestini, lacunis a Musei possessore expletis, ita exhibuit:

TemporVM INjurIA. NYMFEVM
LaBe FOEDATVM. CVIVS. ETIAM. AQVA
Fluens. SVO. MEATV TAMEN. CORRVPTIONE
SordiduM. ITA. FVERAT. POLLVTA. VT. QVANDAM

PerniecieM. AVRIENTIBVS. INFERRE. VIDERETVR
II. VV curA. ET ARSINI V. C. CONSVLARIS P. S.
RestitutVM. ADQVE. VSVI. POPVLI SPLENDIDISSImi
Ad cultuM. REDDITVM. REFORMATVMQVE. EST
CurANTE. FL. AMBROSIO V. P. DD. P. R. I.

Epigramma graecum non ad opus in hac inscriptione designatum pertinere, sed aliunde petitum, nec fortasse statim ab initio, cum illa conjunctum esse videtur ob argumenti qualemcumque similitudinem, quae Consularem istum aut amicum aliquem advertisset. Haud tamen scio, an hac ipsa conjunctione arguatur, talem aliquem sensum, qualem conjecturando inde elicui, in epigrammate fuisse expressum. Homo igitur, cui ob mediocrem fortunam levia tantum munera diis offerre liceret, parvo licet opere, gratum tamen (ἀλλὰ v. 3.) Nymphis praestiterat officium. Ipsius enim opera fons restagnans, et aquaeductu ad profluvium derivandum carens, eoque *corruptione pollutus* (ut est in inscriptione latina) sive *morbo laborans* (quae elegans Graeculi est metaphora v. 3.) restitutus erat, fossula inde ab αὔλακι marmorea, in qua nimirum aqua in nymphaeo scaturiens excipiebatur, ad urbem ducta. Ad v. 2. compara *Xenophontis* ἡ γεωργία πολὺ ἐπιδιδοίη. Quod v. 5. tertia persona poeta utitur pro prima, in eo haud magis offendendum hic, quam in simili personarum mutatione in Epigr. Appendicis nr. 322. p. 859. Si nomen Apolloniscl, minus id Graecis frequentatum, displiceat, cum Jacobsio legatur, ἐς ἠέρα πολλὰ μογήσας, nomen proprium autem subsecutum fuisse statuatur, et ad id ipsum pertinuisse litteras adhuc extantes *ENNOIOT*, infra tria illa disticha in ipso versuum medio positas." Haec vir doctissimus, quibus adjutus aliam mutili epigrammatis restituendi viam tentavi hanc:

Βαιὸν ἐμὲ Νύμφαις ἔργον κάμεν [Ἀμβροσίου φρήν,]
οὐ γάρ μοι σθεναρὴν χεῖρ᾽ ἐπέχειν θέμις ἦν.
ἀλλ᾽ ἐν ἐμοὶ καμάτων εὗρεν τέλος· ἠρίον ὧδε,
ἀγχόθι λαϊνέης αὔλακος ὑδροχόου,
τὴν αὐτὸς ποίησεν ἐς ἠέρα, πολλὰ μογήσας,
νᾶμα φέρειν καθαρὸν ἐνναέταις Κατάνης.

Ille, de quo hoc epigramma narrat, *Ambrosius*, aquae ductum prope Catanam, ut videtur, exstruxit, sed morte impeditus, opus illud non ita, ut animo conceperat, perfecit. Erat hic ultimus laborum ejus, quare monimentum ei (ἠρίον) in illo loco collocatum erat, prope canalem saxeum, quo effecerat, non sine multiplici opera, ut limpida aqua e

terrae visceribus in auram ederetur. Diversa sunt igitur opera, de quibus latina et graeca Inscriptio agit, sed ejusdem tamen hominis cura facta. De formula *πολλὰ μογήσας* dixi in Animadverss. T. I. P. I. p. 389. Similiter *Agathias* Cap. IX. nr. 677. *τεῦξέ με πολλὰ καμὼν Μουσώνιος, οἶκον ἀγητόν*. Caeterum auctor epigrammatis numerorum magis, quam syllabarum mensurae studiosus fuit, quippe qui v. 1. in *ἐμὲ* ultimam produxit, et v. 6. in *καθαρόν*, quod facile vitasset verbis transpositis: *ἐνναέταις Κατάνης νᾶμα φέρειν καθαρόν*.

Nr. 147. v. 4. *γηραὸς* alibi non occurrit, sed *γηραιός*, quod reponendum esse non dubito, media correpta, ut ap. *Tyrtaeum* I. 20. *φεύγετε τοὺς γεραιούς*. *Euripid.* Hec. v. 64. in anapaesticis: *γεραιᾶς χειρός*. Contra in Oracul. Sibyll. L. I. p. 165. *οἱ δέ τ' ἰθεντῆρες ἀγήραιοι ἤματα πάντα*. scribo: *οἱ δέ τε ἰθυντῆρες ἀγήραοι*. ut L. II. p. 274. *οὐ βόες ἰθυντῆρες ἀροτρεύσουσιν ἄρουραν*.

Post nr. 176. inserenda inscriptio, quae legitur in eleganti anaglypho ex marmore in Alexandri honorem, quod inventum prope viam Laurentinam edidit et explicavit Vir illustris, *Ennius Quirinus Visconti*, in *Sanctae Crucis* (*Sainte-Croix*) Examine crit. Historicorum, qui de rebus Alexandri M. tradiderunt, edit. sec. 1804. p. 777. Inscriptio haec est:

ΕΠΤΑΞΑΝ ΒΑΣΙΛΗΕΣ ΕΜΟΝ ΔΟΡΥ ΕΘΝΕΑ ΤΕ ΑΥΤΩΝ
ΟΣΣΑ ΠΕΡΙΞ ΓΑΙΗΣ ΩΚΕΑΝΟΣ ΝΕΜΕΤΑΙ
ΕΙΜΙ Δ ΑΦ ΗΡΑΚΛΕΟΣ ΔΙΟΣ ΕΚΓΟΝΟΣ ΥΙΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ
ΑΙΑΚΙΔΩΝ ΓΕΝΕΗΣ ΜΗΤΡΟΣ ΟΛΥΜΠΙΑΔΟΣ.

V. 1. Caelator, multum ille epigrammatis auctori ab arte praeferendus, in *τε* litteram elidendam, ut etiam in marmoribus fieri solet, expressit. Jejunus versus exitus. Ad Doricum *ἔπταξαν* pro *ἔπτηξαν* retuleris glossam *Hesychii ἐπτακέναι, κεκρυφέναι*, et *πτάκες, δειλοί, ἐπτηχότες*. Sed memorabilis est dialectorum in duobus his distichis confusio; certe enim post *ἔπταξαν* etiam *γαίας, γενεᾶς* et *ματρὸς* expectari debebat. V. 2. *ὅσσα πέριξ γαίης ὠκεανὸς νέμεται*. Haec verba sic interpretatur cl. editor: *quoscunque Oceanus terram circumfluens alit; νέμεται* pro *νέμει* positum esse statuens, nisi caelator *ὠκεανὸς* perperam dederit pro *ὠκεανόν*, aut *νέμεται* pro *νεμέθει*. Verba auctor sic videtur junxisse: *ὅσσα ὠκεανὸς πέριξ γαίης ὢν* (i. e. *τὴν γῆν περιέχων*) *νέμεται. quaecunque Oceanus terram circumfluens tenet*. A significatione *colendi*, qua *νέμεσθαι* proprie gaudet, pendet altera *possidendi, tenendi, habendi*. *Herodot.* IV. 165. p. 355. 61. *ἡ δὲ μήτηρ Φερετι-*

μη... ἐῆς αὐτῇ τοῦ παιδὸς τὰ γέρεα, ἐν Κυρήνῃ καὶ τἄλλα νεμομένη, καὶ ἐν βουλῇ παρίζουσα. *Thucyd.* II. 15. ξυνῴκισε πάντας, καὶ νεμομένους τὰ αὐτῶν ἑκάστους, ἅπερ καὶ προτοῦ, ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι. — V. 4. υἱὸς Φιλίππου. Correptio syllabae ος ante consonantem pessimum versificatorem prodit. Editor comparat Od. α. 47. ἄλλος ὅστις. ubi nunc ὅτις legitur; et *Aratum* v. 1002. ἠὲ ἑσπερίη κρώζει πολύφωνος κορώνη. Sed apud hunc quoque mendum sublatum Codd. ope, qui πολύφωνα dederunt.

Post Nr. 181. inseras licet Inscriptionem ex marmore Farnesino editam a v. cl. *E. Q. Visconti* in Monumenti Gabini della Villa Pinciana, 1797. p. 154.

Ἐστὼς διστάζεις, τίς ὕπεστιν τῷδ' ὑπὸ τύμβῳ;
 ἀνὴρ εὖ ζήσας τρεῖς ἐτέων δεκάδας.
τοὔνομ' Ἀπολλοφάνης, πίστει μέγας, ἠδ' ἔτι δόξῃ,
 ὃς προλέγει θνητοῖς εὐφροσύνης μετέχειν.
τὴν δ' ἐπιτυμβίδιον τούτῳ θῆκεν χάριν, ὃν τρέφε παῖδα.
 τοὔνομα καὶ τέχνην ἦν Διόδωρος ὅδε.

V. 2. *ΑΝΗΡ* est in marmore; ὡνὴρ scripsit cl. editor, sine causa idonea. Vid. *Porson.* ad *Eurip.* Phoen. v. 1617. V. 5. τούτῳ abundat in versu; de quo genere interpolationum supra monui ad Epigr. post Nr. 103. inserendum. Ad v. 6. *Visconti* monuit, solere poëtas graecos ludere in nominibus ex δῶρον compositis; ut *Meleager* in Prooemio v. 41. Vid. in his Addendis notata ad Cap. IX. nr. 615.

Nr. 20. εἰς τὸν αὐτόν. Apud Murator. p. 74. V. 1. τόδε. P. τὸ δὲ Murat. rectius. Interjectionis haec vim habent; ut nr. 36. λισσομένη, τὸ δὲ θαῦμα, λίπεν βίον ἔνδοθι νηοῦ. — V. 2. ῥίψ'. De Elia cogitasse videtur Gregorius. — *Nr.* 21. εἰς τὸν αὐτόν. Apud Murator. p. 75. V. 1. ἐν λιθάκεσσιν. Carm. XLVII. p. 207. D. μάργαρος ἐν λάεσσιν, ἐν ἀστράσιν φωσφόρος ἄλλος. V. 2. βηθλέμ. P. βηθλεέμ. Cod. Medic. Noster Or. XIX. p. 297. B. de ecclesia Nazianzena: ὅσῳ πλήθει τῶν ἄλλων ἐλείπετο, τοσοῦτον εὐδοξίᾳ κρατοῦσαν, καὶ τὸ τῆς ἱερᾶς πάσχουσαν Βηθλεέμ, ἣν οὐδὲν ἐκώλυσε καὶ μικρὰν εἶναι πόλιν καὶ τῆς οἰκουμένης μητρόπολιν, ὡς Χριστοῦ καὶ τροφὸν καὶ μητέρα. Carm. XLVII. 270. p. 110. A. ἢ ῥ' ἐτεὸν τυτθοῖσι θεὸς χάριν αἰὲν ὀπάζει . . . Βηθλεὲμ ἐν προτέροισιν, ἐμῷ νέον ἄστεϊ τυτθῷ. V. 4. τὴν σύ. P. Med. τὴν σός. Cod. Ambr. unde suspiceris: τὴν σῶν, παῖ φίλε, λίσσομ', ἄγοις.

Nr. 22. εἰς τὸν αὐτόν. Apud Murator. p. 76. V. 1. ἐν χερσί. P. ἐνὶ χ. Murat. — *Nr.* 23. τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αυτ. addita nota: ἕως δ ω τὰ εἰς τὸν πρα τοῦ θεολόγου ἐπιγράμματα. Apud Murat. p. 77. V. 1. στράψε μέν. P. στράψεν ἐν. Murat. οὔρεϊ. De οὔρεσι cogitabam olim, sed frustra. Carmen XLVII. 75. p. 107. A. θείοιο κατ' οὔρεος ἔνθεν ἀέρθη Χριστός. ubi male excusum Χριστῷ. Verba sic jungenda:

Χριστὸς ἔστραψε τούτοις, οἷς ποτε ἠμείφθη ἐν οὔρεϊ. quibus praesentibus de monte in coelum est sublatus. Carm. XXXIX. 23. T. II. p. 101. C. *Θείην ἠλλάξατο μορφήν, Στράψας οἷοι φίλοις ἠελίοιο πλέον.* Idem Arcanor. Carm. I. 11. T. II. p. 161. A. *Χριστοῖο κατ' οὔρεος ἀκροτόμοιο Λαμπομένου.* — V. 2. *στάψε.* P. V. 3. *τῆμουτ'* P. *τῆμος ὅτ'* Murat. ut nr. 26. v. 10. Carm. LXIII. 63. *τῆμος ὅτ' ἀγραφός ἐστι μελῶν πλάσις.* — *ὡς δεκαθ.* P. *ὡς δὲ καθ.* Mur. qui male distinxit post *θυηπολίαις.*

Nr. 24. *εἰς τὴν μρα ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου πρὸς ληφθεῖσαν.* In marg. *τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἰδίαν μητέρα νόνναν καλουμ.* Ap. Murat. p. 77. V. 1. *ἄριστον.* P. *ἔρεισμα.* Cod. Murat. fortasse rectius. V. 3. *ὑπόειξες.* P. *ὑπόειξε.* Cod. Ambr. Solis festis diebus a luctu cessasse Nonnam ait. V. 6. *πήγνυτο.* Vitiose ap. Murator. *πλήγνυτο.* Sensus esse debet, solam crucem vim habuisse, illos lacrymarum torrentes sistendi, consolatione scil. qnam poenitentibus offert. — *Nr.* 25. *τοῦ αὐτοῦ εἰς αυτ μρα νόνναν.* Ap. Murat. p. 74. Insigniter hoc epigr. illustratur Or. XIX. p. 292. V. 4. *μάχαιρα σεῖο.* P. *σεῖο μάχαιρα.* Mur. V. 5. *τοῖα δ' ἔκτοθι.* Murat. In fine versus colon ponendum. V. 6. *ἴδει.* P.

Nr. 26. *τοῦ αυτ εἰς τὴν αυ.* Ap. Murat. p. 81. V. 1. *προχέεις.* P. *προχεῖ.* Cod. Ambros. unde *προχέει* dedit Murat. quod Palat. Cod. lectioni praeferendum videtur. V. 3. *ἠδε.* P. *ἥδε.* Mur. *ἡ δὲ* scripsi. V. 4. *μεγάλη παλάμη* displicebat Passovio, qui *ἁπαλῆς* corrigit in not. mst. Illud sensu mystico acceptum ad efficaciam in precibus referebam. De fortibus et potentibus simpliciter est in Carm. XLVII. 9. p. 106. A. *ὧν ῥα πόληες Νωμῶνται μεγάλης οἰάκεσι παλάμης.* Infra nr. 37. *ἀλλὰ σάω καὶ νῦν με, πάτερ, μεγάλῃσι λιτῇσι.* quod de *efficacibus* precibus accipiendum. nr. 32. v. 4. *Χριστοῦ βίβλος μεγάλη. venerabilis* esse videtur. Ap. Oppian. Cyn. I. 10. *τόν ῥα πατὴρ μεγάλῃσι πονησάμενος παλάμῃσι.* vulgata fortasse non permutanda cum *κρατερῇσι.* V. 7. novum in Cod. lemma: *εἰς τὴν αὐτήν.* Sed haec manifesto cohaerent cum praecedentibus, et junctim edidit Murat. V. 9. *κάρτος.* P. *κράτος.* Mur. Obscura verba et fortasse depravata. V. 10. *ἐκ νηῷ.* P. *νηοῦ* dedi. Sed rectius scripsissem cum Muratorio *ἐν νηῷ.* ut nr. 29. v. 7. *ἐν νηῷ σῶμ' ἀποδυσαμένη.* nr. 65. v. 2. *ἐν νηῷ κάτθανεν εὐχομένη.*

Nr. 27. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 82. V. 1. σοφὴ, ἣν sc. V. 2. χριστιανῶν. P. χριστιανόν. Codd. Murat. Nisi tot exempla essent ap. Nostrum brevis syllabae in caesura pentametri collocatae, h. l. scripsissem: κἀθ᾽ ἱερῇα. Sed correctione non est opus. V. 5. novum in Cod. lemma: εἰς τὴν αὐτήν. Res ipsa haec cohaerere docet, nec aliter est in Codd. Mur. — Σαμουὴλ. γαμοῦσα Cod. Ambr. V. 6. ἡ δ᾽ ἑτέρη. Anna junior, quae Christum in templo ulnis accepit. Vid. Evang. Lucae c. 2, 36. V. 7. ἀμφοτέρων. Nonna utriusque Annae laudem sibi vindicavit, quippe quae et filium dicavit templo, seque ipsam Christo, et corpus denique inter preces depositum templo mandavit. — *Nr.* 28. εἰς τὴν αὐτήν. Apud Murator. p. 83. V. 1. 2. Ἐμπεδόκλεις. Leguntur hi versus etiam Carm. LXI. 281. s. p. 145. B. *Empedoclis* nomen perperam legitur ap. Hermiam in Irris. Gentil. Philos. §. 4. p. 217. ed. Gal. ἕρπω, θέω, καθίζω· ἔστι δὲ ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ θάμνον με ποιεῖ. Deleto nomine philosophi, quod, ut multa in hoc tractatu, ex margine irrepsit, lege: ἔστι δὲ ὅς καὶ θάμνον με ποιεῖ. Cf. Ibid. §. 8. p. 220. ubi ἐμβριμούμενος est verissimum. Cf. Hephaest. Ench. p. 60. Aeli. H. A. XII. 32. — V. 2. ἴδειξαν. P. ἔδειξαν. Mur. V. 3. ἥλλατο. P. ἐσήλατο. Mur. ex Ambr. Cod. quod recepi. — καὶ δὲ τραπ. Mur. πρὸς δέ. P. V. 4. in fine hujus versus distinguendum.

Nr. 29. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 85. V. 1. 2. leguntur etiam Carm. LXI. 286. s. p. 145. C. ubi λήξατε μύθων pro εἴξατε. λήξατε μύθους. Cod. Ambros. μύθου corr. Salvin. quae non necessaria emendatio. Vid. ad p. 293. nr. 549. 3. λήξατε verum videtur. Noster Or. III. p. 73. A. ταῦτα μὲν παιζέτωσαν παρ᾽ ἐκείνοις Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀρισταῖοι καὶ Ἐμπεδότιμοί τινες, καὶ Τροφώνιοι, καὶ τοιούτων δυστυχῶν ἀριθμός· ὧν . . . . οἱ δὲ ἀδύτοισί τισιν ἑαυτοὺς ἐγκρύψαντες ὑπὸ τῆς αὐτῆς νόσου καὶ φιλαυτίας, εἶτ᾽ ἐλεγχθέντες, οὐ μᾶλλον ἐκ τῆς κλοπῆς ἐτιμήθησαν, ἢ ἐκ τοῦ μὴ λαθεῖν καθυβρίσθησαν. Cf. Suid. T. I. in Ἐμπεδότιμος. p. 725. in Ἰουλιανός. T. II. p. 125. Clemens Alex. Strom. I. p. 399. A. — V. 2. ἀρισταίου. P. αἰδισταίου. Cod. Ambr. Ἀρισταῖον τὸν Κυρηναῖον inter vates recensat Clem. Alex. l. c. p. 398. ubi Potterus Ἀριστέας corrigit, quem ex hominibus evanuisse narrat Herodotus, et post hunc Celsus ad Origen. III. 26. p. 462. s. At ille Proconnesius fuit. V. 4. βίου τε τμήξασα. P. βίου τμήξασα. Murat. V. 6. ἥλλατ᾽ P. ἧλατ᾽ Mur. V. 7. τρισμάκαρ et ἀποδυσσαμένη. Mur. πάντ᾽ ἀποδ. Cod. Medic.

Nr. 30. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 88. V. 1. ἀλωαῖς. sensu translato. Vid. Suicerus in Thes. Eccl. T. I. p. 201. ℙ. V. 2. novum in Cod. lemma: εἰς τὴν αὐτήν. — ξεῖνοις ἀπονϊσομένοισι. P. ξείνισσα πονησομένοισιν. Cod. Ambros. ξείνης ἄπο νευσομένοισιν. Mur. ex Cod. Medic. Sensus est, Nonnam in templo filiis ex peregrinatione redeuntibus occurrisse, Gregorium nomine vocantem. V. 3. χεῖρας δ᾽ ἀμπ. P. δ᾽ om. Mur. V. 4. ἵζεν. ἵξεν in Cod. esse existimans Murat. dedit ἔῤῥεεν. V. 5. θρέμματι θηνῆς. P. θρέμματι θηλῆς. Cod. Murat. ut nr. 32. τέκνον ἐμῆς θηλῆς. Nonna solum Gregorium, filiorum maximum, lacte suo aluisse videtur. — *Nr.* 31. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 89. V. 1. κλινή τις. P. κλεινή τις. Mur. ἐνοικιδίοισι πόνοισιν esse videtur in Cod. Pal. ἐν οἰκιδίοισι. Mur. V. 3. ἔργον. P. ἔργοις. Mur. — *Nr.* 32. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murat. p. 89. V. 1. ὥς ἐπόθεισα. P. ἐπόθησα scripsi, ut nr. 29. v. 6. ὥς σε ποθοῦσα. Mur.

Nr. 33. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 91. qui sequens tetrastichon annexuit. V. 4. ἑσπομένην. P. — *Nr.* 34. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 91. junctim cum praecedente. V. 1. σκιοειδέα. Vid. ad p. 61. nr. 112. σκιὰν πέπαυκε τοῦ παλαιτάτου νόμου. Damasc. Hymn. in Theogon. fin. τύπους ἀφεγγεῖς καὶ σκιὰς παρηγμένας, Ὦ μῆτερ ἁγνὴ τοῦ λόγου, δεδορκότες. Noster Carm. LIII. 7. T. II. p. 127. D. εὖτε δεῖσχε σταυρὸν ὑποσκιάων Μωσῆς χέρας. Est autem θυσία σκιοειδής, quae speciem tantum habet s. symbolica. Clemens Alex. Strom. VII. p. 849. 4. αἱ μὲν γὰρ κατὰ τὸν νόμον θυσίαι τὴν περὶ ἡμᾶς εὐσέβειαν ἀλληγοροῦσιν. — V. 3. νόμος. P. νόμοις. Mur. V. 4. ὅλην. P. ὅλῳ. Mur. Noster Or. I. p. 38. A. μηδεὶς ἄξιος τοῦ μεγάλου καὶ θεοῦ καὶ θύματος καὶ ἀρχιερέως, ὅστις μὴ πρότερον ἑαυτὸν παρέστησε τῷ θεῷ θυσίαν ζῶσαν ἁγίαν. — *Nr.* 35. εἰς τὴν αὐτήν. Apud Murator. p. 92. V. 2. φωνὴ δ᾽ ἔθηκε. P. φωνὴ δ᾽ ἐδέθη. Murat.

Nr. 39. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 92. junctim cum praecedente. V. 1. πόντον ἐκοίμισε, quum in navigatione gravi tempestate jactaretur Gregorius, ut narrat Or. XIX. p. 306. τοῦτο ἔπασχον μὲν ἐγώ, συνέπασχον δὲ οἱ γεννήτορες, νυκτερινῆς φαντασίας τοῦ κινδύνου μετέχοντες, καὶ ἀπὸ γῆς ἐβοήθουν, τῶν κυμάτων δι᾽ εὐχῆς κατεπᾴδοντες. ℙ. V. 2. novum lemma, εἰς τὴν αὐτήν. — οἷς. P. ὡς. Cod. Ambr. φίλοισι. P. φίλοις. Mur. ἐκ περάτων. Ab Athenis Gregorius, ex Asia minore Caesarius Constantinopoli convenerunt, indeque ad parentes perrexerunt. Vid. Orat. X. p. 164. — μέγα κλέος. P. μεγα-

κλέας. Murat. quod recepi. V. 4. ἀποέργαθον. P. ἀποέργαθεν. Mur. De morbo illo Gregorii patris vid. Or. XIX. p. 304. s. V. 5. λισσομένη. P. λισσομένης. Cod. Ambr. τόκε θαῦμα. P. τὸ δέ. Mur. Vid. ad nr. 20. v. 1.

Nr. 37. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 94. V. 2. σιομῶν. P. V. 3. ἵλαον. P. Post ἐξεσάωσας comma ponendum. — V. 4. Scr. μεγάλησι. — *Nr.* 38. ἐλεγεῖα εισι μρ. εἰς τὴν αὐτήν. Apud Murator. pag. 90. — *Nr.* 39. εἰς τὴν αὐτήν. Apud Murator. p. 91. V. 1. legitur etiam Carm. XLVII. 336. ubi sequitur hic: καὶ πηγαὶ δακρύων ἔνδοθι λειβομένων. V. 3. νόνναν. P. νόννα. Mur.

Nr. 40. εἰς τὴν αὐτήν. Apud Murat. p. 95. V. 1. νόννα φαεινή. ut nr. 66. v. 1. V. 2. πᾶν θ' ἄμυδις. P. Scr. πάνθ' ἄμυδις cum Cod. Ambr. ἄμυδις prae ἄμυδις nonnullis veterum placuisse, apparet ex Etymol. M. et Schol. Homer. Vid. Heyn. ad Ἰλ. ι. v. 6. T. V. p. 526. — μεγάλη. P. μεγάλοις. Mur. quod recepi. Non minus bene haberet ληνοῖς .. μεγάλης. Suid. ληνὸς καὶ προλήνιον, αἱ ἐκκλησίαι παρὰ Δαβίδ· καὶ ληνοβάται, οἱ ἱερεῖς. ex Theodoreto ad Psalm. VIII. 1. Noster Carm. XLVII. 153. p. 108. C. ἡμετέροισι χοροῖσιν ἑὸν στάχυν ἐγκαταλέξας Ἔλπομαι, ὡς ληνῶν ἄξιον οὐρανίων. Id. Carm. LXII. v. 33. T. II. p. 147. A. θέσθε νόον, βιότῳ μὲν ὅσους γάμος ἁγνὸς ἔδησε, Ληνοῖς οὐρανίαις πλείονα καρπὸν ἄγειν.

Nr. 41. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 95. V. 1. οὐδὲ θάνεν. P. οὐδ' ἔθανεν. Murat. fortasse rectius. Post ἔκτοθι comma dele. — *Nr.* 42. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 96. apud quem prius distichon sequentis tetrastichi huic epigrammati adhaeret. V. 3. Scr. εὐχομένη. ut est in P. et Mur. — *Nr.* 43. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 96. V. 1. τῆς δέ. P. τῆσδε. Mur. V. 4. πὰρ ποσί, τῆς τραπέζης. sc. ut nr. 50. ἁγνοῖς ὑπὸ ποσσὶ τραπέζης. — πόσι Murat. quod pro πόσιϊ scriptum existimans vertit, *apud conjugem*. V. 3. μεγακλέος. P. μεγακλέες. Mur. V. 4. τοίαν ἐμοί. P. τοίην μοι. Mur. Scribo τοίαν μοι, nisi fortasse Gregorius ᾱν in illa voce corripere ausus est.

P. *Nr.* 44. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 97. V. 3. ἐν δ' ἄρα. Scribe et distingue: ἓν δ' ἄρα μοῦνον, Παῖδ' ἐπόθει. quod me non statim reposuisse poenitet. V. 4. τὸν ἔτι. Fortasse: τόν γ' ἔτι. — *Nr.* 45. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 98. V. 3. εὐχομένης. P. εὐχομένη. Mur. V. 4. εὐσεβές. P. εὐσεβέες. Mur. — *Nr.* 46. εἰς τὴν

αὐτήν. Ap. Murat. p. 98. Ultima hujus epigrammatis verba mihi obscura videntur. — Nr. 47. Ap. Murator. p. 98. V. 4. ἔτι λισσομένη. P. ἐπιλισσ. Mur.

Nr. 48. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 100. V. 1. εὐσεἰος. P. εὐσεβέος. Cod. Paris. εὐγενέος. Medic. De matre sua Gregorius Carm. IV. 221. p. 71. C. ἡ δ' ἱερῶν τοκέων ἱερὸν φυτὸν, εὐαγέος τε Ῥίζης. V. 3. ἐκείνωσα. P. ἐκένωσα. Murat. Carm. XXVIII. 7. p. 97. A. δάκρυα πάντ' ἐκένωσα. — ἔσχατον. P. V. 4. νηῷ. P. νηόν. Cod. Paris. Vid. ad nr. 26. v. 10. — Nr. 49. εἰς τὴν αὐτήν. Apud Murat. p. 101. V. 1. ἠλίαν. Sic etiam nr. 59. v. 2. Ἠλίας, ultima correpta. Mediam in eodem nomine producit Noster Carm. XXVII. 52. T. II. p. 96. D. Nonn. Paraphr. c. I. 21. p. 61. Ἠλίας ἐφάνης. et ὄψιμος Ἠλίας. Ib. ἅρπαγος Ἠλίας ἐλατήρ. V. 3. ἀναιμάκτοισιν. P. ἀναιμάκτῃσιν. Cod. Paris. — ἀέρθη. P. ἀέρθην. Cod. Par. — Nr. 50. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murat. p. 102. V. 1. ἀνείη. P. ἀνίη. Mur. — Nr. 51. εἰς τὴν αὐτήν. Apud Murat. p. 102. V. 1. ἀβραάμ. P. V. 2. ἰεφθαε. P. et reliqui Codd. Ἰεφθάη vel Ἰεφθαῖος corrigit Murat. At Ἰεφθάε scribitur ap. LXX Interpp. sine lectionis diversitate. Noster autem neque brevem syllabam, neque hiatum in hac pentametri sede vitavit. Sic plane Carm. XLVIII. p. 111. D. κύδιμ' Ἰουλιανέ, ὡς τὸ πάροιθε δίκης. V. 4. εὐχωλῇς. P. Cod. Medic. εὐχωλαῖς. Paris. quod altero videtur verius.

P. Nr. 52. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 99. V. 1. σαῤῥα. Noster in Or. Funebri XIX. p. 315. A. τί δεῖ λοιπόν; τῇ πνευματικῇ Σάῤῥᾳ τῇ τοῦ μεγάλου πατρὸς ἡμῶν Ἀβραὰμ καὶ ὁμοζύγῳ καὶ ἰσοχρόνῳ συμφιλοσοφῆσαι τὰ ἐπικήδεια; — λίπεσποθ. P. λίπες ἡ ποθ. Mur. Scripsi ἡ ποθέουσα. V. 4. νηῷ. P. νηοῦ. Mur. νηῶν dedi, quod concinnius. V. 5. μόγοις γε μέν. P. μόγις μέν. Mur. V. 7. τελευτῆς. P. τελευτήν. Mur. — V. 8. εὐρομένη. Mur. εὐραμένη. P. Vid. ad p. 496. nr. 46. v. 4. — Nr. 53. ἡρωϊκά, εἰς τὴν αὐτήν. Apud Murat. p. 103. qui hoc epigr. in duo divisit. V. 1. Ad ὁμὸν Schol. Cod. Ambr. τὸ ὁμοούσιον φῶς, τὸ ἓν καὶ ὁμότιμον σέβασμα. — V. 4. Eandem severitatem in matre laudat Noster Or. XIX. p. 292. B. τὸ μήποτε δεξιὰν ἐμβληθῆναι ἢ χείλη μιγῆναι χερσὶν Ἑλληνικαῖς ἢ χείλεσι ... ἀλλὰ μηδὲ ἁλῶν κοινωνῆσαι. — Nr. 54. εἰς τὴν αὐτήν. Apud Murat. p. 105. V. 2. καθαρόν. Murat.

Nr. 55. ἐλεγεια εἰς τὴν αὐτήν. Apud Murator. p. 105. V. 2.

ψυχῆς εὐχομένης. P. δ' interponit Cod. Medic. Sed οἰχομένης restituendum ex Cod. Paris. quem Murat. recte sequitur. V. 3. ἐγρομένη. P. ἐρχομένη. Mur. quem ἐγρομένη voluisse ex ejus interpretatione apparet. ἐργομένην. Cod. Par. ἀέρθη. P. ἀερθῇ. Mur. At ἀέρθη cohaeret cum ἔνθεν. Junge: ἐγρομένη ἐν τῷ νηῷ ἔνθεν ἀέρθη. V. 4. ἑφεσσομένη. P. Paris. ἐφεσπομένη corrigendum existimabam. Sed restituenda potius lectio Cod. Medic. ἐφεσσαμένη. *misero corpori gloriam conciliatura, eamque quodammodo indutura.* — *Nr.* 56. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 92. junctim cum sequ. epigr. V. 1. ἄλλοις. P. ἄλλος. Mur. qui in notis veram lectionem vidit. — *Nr.* 57. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 92. uno versu auctius: ποῦ ποτ' ἔην, νηὸς μόχθων λῦσε γῆρας ἄκαμπτον. *Nr.* 58. sine lemmate in Cod. Pal. Apud Murat. p. 106. ubi huic disticho vers. 1mus sequentis epigr. adhaeret. — *Nr.* 59. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murat. p. 106 et 107. V. 2. ἅρματι. P. ἡλίας. Ib. ἠλίας. Mur. Vid. ad nr. 49. v. 1.

Nr. 60. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murat. p. 107. V. 2. πόσι, posteriore syllaba correpta, ut supra nr. 11. v. 5. ubi vide. — P. *Nr.* 61. Apud Murat. p. 107. V. 1. ἔνθεν ἀέρθη. ut nr. 55. — *Nr.* 62. Hoc distichon in Pal. cum praecedente cohaeret. Recte inde sejunctum dedit ex suis Codd. Mur. p. 107. V. 2. εὐχῆς. P. εὐχή. Paris. V. 2. post μάρτυς comma ponendum. — *Nr.* 63. εἰς τὴν αὐτήν. Apud Murat. p. 108. — *Nr.* 64. Sine lemmate in Pal. Ap. Murat. p. 108. V. 2. εὐχομένης. P. εὐχομένη. Murat. Cod. — Post κάτθανεν comma ponendum. — *Nr.* 65. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 108.

Nr. 66. Sine lemmate in Pal. Ap. Murat. p. 108. — *Nr.* 67. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 108. sq. in duo disticha divisum, fortasse rectius. V. 2. παρῇ λύθης. P. παρ' ἧς λύθης εὐχομένης. Cod. Paris. παρ' ἧ ἐλύθης. Murat. ex emendatione Boivinii. — πύματα. P. πύματον. Cod. Medic. — *Nr.* 68. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murat. p. 109. V. 1. πέμψατ' ἐκ. P. πέμψατε ἐκ. Murat. Codd. V. 2. ἀειρομένη. P. ἀειρομένην. Murat. — *Nr.* 69. Sine lemmate in Pal. Apud Murator. p. 109. V. 1. καθαροῖσι. P. καθαροῖο. Codd. Murator. De harum terminationum permutatione dixi ad p. 229. nr. 158. — *Nr.* 70. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 109.

Nr. 71. Sine lemmate in Pal. Ap. Murat. p. 109. V. 2. τῇδ' ἐλύθη. P. τοῦδ' ἐλύθη. Mur. Supra nr. 42. v. 3. τῇδε γὰρ εὐχομένη ζωὴν λίπες. — *Nr.* 72. εἰς τὴν αὐτήν. Ap. Murator. p. 110. —

Nr. 73. *εἰς τὴν αὐτήν.* Apud Murat. p. 110. — *Nr.* 74. Sine lemmate; cohaeret enim in Pal. cum praecedente disticho. Recte inde sejungitur in Codd. Murat. p. 111. ἤιδε. P. ἤδε. Mur. — *Nr.* 75. *εὐχὴ παρὰ τῶν γονέων εἰς τὸν μέγαν γρηγ.* In marg. *εἰς ἑαυτὸν παρὰ τῶν γονέων: εὐχὴ θαυμασία καὶ ἀξία τ ἁγιωσύν αὐτοῦ.* Ap. Murator. p. 110. V. 1. *εὐλογίαισιν.* P. *εὐλογίῃσιν.* Codd. Mur. ¶. V. 3. Junge *κούφης ὁσίης τε τελευτῆς βιότοιο.* ne cum Muratorio *κούφου* corrigas. — Novum in Cod. lemma: *εἰς τὸν μέγαν γρηγ.* V. 6. *σκίπων.* P. *σκήπων.* Murat. Vid. ad p. 197. nr. 295. v. 1.

Nr. 76. *ἐλεγία παρατῶν γονέων τοῦ μεγάλου γρηγορίου συνεπαίνως καὶ εὐχῆι.* Legitur iterum p. 696. cum lemmate: *τοῦ αὐτοῦ παρὰ τῶν γονέων: εὐχαριστία.* Apud Murator. p. 111. V. 1. *χειρσί.* P. 1. *χείρεσι.* P. 2. Mur. V. 2. *τοκέες.* Scholion in P. 2. *οἱ γεννήτορες.* V. 3. *γῆρας ἐνέθηκεν.* P. 1. *γῆρας ἔθηκεν.* P. 2. V. 4. *θυσίαν.* P. 1. *θυσίαις.* P. 2. Mur. Adscriptum in P. 2. *ταῖς εὐχαῖς.* V. 5. *ἄμπνευε.* P. 1. *ἄμπνεε.* P. 2. Mur. V. 6. *γρηγορίου ἁγίας μάρτυρι παρθέμεθα.* P. 1. *γρηγόρι', εὐαγέας μάρτυσι παρθέμενος.* P. 2. Murat. Supra nr. 35. *σῶμα δ' ἄρ' ἐκ νηοῦ μάρτυσι παρθέμεθα.*

Nr. 77. *εἰς τοὺς αὐτοὺς καὶ ὅτι ὁ μεγ γρηγόριος συν τωῖ ἰδίωι πρι τέθαπται καισάριος δὲ σὺν τῇ μητρί.* Ap. Murat. p. 113. cum lemmate: *εἰς τὸν πάντων αὐτῶν τάφον.* quod alteri praeferendum duxi. V. 1. *λάας.* P. *λᾶας.* Mur. *κυδήεντας.* P. *κυδήεντα.* Cod. Paris. V. 2. *γρηγορίου.* P. *γρηγορίους.* Murat. — V. 3. *οὐδ'* Mur. — V. 5. *τῶς.* P. Scr. *τώς*, ut est etiam ap. Murat. — *Nr.* 78. *εἰς ὅλην την γενεαν αυ.* Ap. Murat. p. 114. V. 1. *ξυνὸν ἄχος.* Brevis syllaba in caesura evitari poterat verbis transpositis: *πρῶτος ξυνὸν ἄχος Καισάριος.* V. 2. *πατὴρ φίλος.* P. Cod. Medic. *πάτερ φίλε.* Murat. — *οὐ μετά.* P. Cod. Medic. *καὶ μετά.* Cod. Paris. V. 3. *γράμματα λυγρά.* Medic. et unus Paris.

Nr. 79. *εἰς ἑαυτὸν οἵωι τρόπωι γεγέννηται· περιέχει τὸ ἐπίγραμμα κεφαλὰς ī.* Ap. Murator. p. 115. Conf. inprimis Carm. XXX. T. II. p. 97. D. V. 1. 2. Illustrantur haec Orat. XIX. p. 292. D. V. 4. *λόγος.* Fortasse rectius *Λόγος* initiali majore. Ad Christum enim Gregorius dicendi facultatem referre videtur. *ἀμφήκη μῦθον* de eloquentia sacra et profana interpretatur Murat. *ἀμφήκες γέρας, ἵς τε*

γέλωτα καὶ σπουδὰν similiter dixit Meleager in Pal. p. 270. nr. 421. v. 9. — V. 5. παρθενίῃ. Cf. Carm. IV. 229. ss. T. II. p. 71. C. D. Carm. XXX. 5. Ib. p. 97. D. V. 6. Cregorius et Basilius simul in presbyterorum ordinem recepti. V. 7. ἐκ βυθῶν. Vid. Or. XIX. p. 306. φερέσβιος h. l. deus. φερέσβιον βασιλῆα Paul. Silent. in Ecphr. S. Sophiae p. 505. A. V. 8. ἐξεκάθηρα. P. Mur. ἐξεκάθηρε. Cod. Par. V. 9. ὅπλοτ. 'Ρώμη. Constantinopoli, haereticorum erroribus tum temporis infectae. Cf. Vit. Gregor. et Carm. I. T. II. p. 10. s. V. 10. λάεσιν. Carm. de Vita sua T. II. p. 11. B. λίθους παρήσω, τὴν ἐμὴν πανδαισίαν, ὧν ἔν τι μέμφομ᾽· οὐ γὰρ ἦσαν εὔστοχοι.

Nr. 80. εἰς ἑαυτὸν ἐπιδεικτικ. Legitur etiam infra p. 696. Ap. Murat. p. 119. V. 1. πεπλέγμην. P. 1. πεπλάσμην. P. 2. Mur. De litteris γ et σ inter se permutatis vid. ad p. 144. nr. 21. p. 251. nr. 301. — V. 2. εἴξατε. P. 1. ἤξατε. P. 2. P. V. 3. novum lemma: εἰς ἑαυτὸν τοῦ αὐτοῦ. V. 6. λάτρι. P. 1. λάτρῃ. P. 2. Sic etiam Carm. XXVIII. 16. T. II. p. 97. B. ἦ ἄρα μούνῳ Οἶκτος ἀπεκλείσθη σῷ λάτρι Γρηγορίῳ. De correptione posterioris syllabae vid. ad nr. 11. v. 5. — *Nr.* 81. ἐπι τῶι ἰδίωι τάφωι τ(ου) μακαρι(ου) γρηγορίου. Apud Murat. p. 119. V. 3. σοφίῃ. P. σοφίῃ. Mur. σοφίης δεδραγμένος. ut Carm. XX. 13. Χριστοῖο δεδραγμένος οὔποτε λήξω 'Ελπίδος.

Nr. 82. (81. male in ed. nostra.) εἰς ἑαυτόν. Legitur iterum infra p. 696. Ap. Murator. p. 120. — *Nr.* 83. (82.) εἰς ἑαυτὸν ὁμοίως. Iterum in Cod. p. 696. Ap. Murator. p. 121. V. 3. ἀλύξας. P. 1. 2. ἄλυξα. Mur. V. 4. συνααρων sine accentu P. 1. συνάαρῶν. P. 2. σὺν 'Ααρών. Cod. Paris. In Cod. Ambros. junctim συνααρών. patris in sacerdotis adjutor. Aron enim, qui ῥίζα καὶ κρηπὶς τῶν ἱερέων vocatur ap. Theodoret. in Libr. Num. Quaest. XXIII. p. 154., pro sacerdote eximie ponitur. Vid. Nost. Or. VI. p. 137. B. XXVI. p. 453. B. — *Nr.* 84. (83.) εἰς ἑαυτὸν ὁμοίως. Iterum infra p. 696. Ap. Murat. p. 122. V. 2. μνώσο. P. 1. μνώεω. P. 2. Murat. V. 4. δῶκε δ' ἱερον. P. 1. 2. et unus Codd. regg. ap. Murat. alter δῶκεν ἱερον.

Nr. 85. εἰς καισάριον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν. Infra p. 705. Murator. p. 49. junctim cum sequente, quod Caesarii responsionem continet. V. 1. μ(ε)ιν. P. 2. V. 3. Scr. αὐτὰρ ὅ. i. e. οὗτος. V. 4. τῶν προτέρ. In ep. ἀδεσπ. p. 241. nr. 228. tumulus loquitur: δεξαίμην ἐν ἐμοὶ τοὺς προτέρους προτέρους. Similia dedi in Animadverss. T. III. 2.

pag. 220. V. 5. *ἰαμβικά εἰσὶ αὐτ καισάριον.* Hi tres versus infra iterum leguntur p. 692. V. 8. *εἰς ὁρῶν.* P. 1. 2. *εἰσορᾶν.* Murator. Recte *ἤνεγκεν* cum participio jungitur. Vid. Matthiae Gr. gr. §. 551. p. 797. s. Lucian. in Piscat. §. 33. T. III. p. 150. *ταῦτα οὐκ ἤνεγκα ὁρῶν ἔγωγε.* — *Nr.* 86. *ἐλεγία εἰσὶ αὐτ καισάριον.* Ap. Murator. p. 50. V. 1. *ἔλλαχες.* P. V. 4. *ἦ μήν.* P. et plures Codd. ap. Mur. qui *οὐ μὴν* dedit ex Cod. Paris.

P. *Nr.* 87. *εἰς τοὺς γόνεις τοῦ μεγάλου ⸢ρη⸣ καὶ εἰς καισάριον.* Apud Murator. p. 51. V. 2. *ἡμετέρων.* P. *ἡμετέρῳ.* Murat. Cod. V. 5. novum lemma in marg. *εἰς τὸν αὐτὸν Καισάριον.* quasi novum epigr. inciperet. Sed lemma pertinet ad nr. 88. cui nihil adscriptum. — *πανάποτμον.* P. *πανάποτμα.* Mur. — *Nr.* 88. Ap. Murator. p. 52. V. 4. *τοῦδε λύθη.* P. et Cod. Medic. *τοῦδ' ἐλύθη.* Murat. ex Parisin.

Nr. 89. *εἰς τὸν αυ καισάριον παρα τ γον.* Murator. p. 52. V. 4. *ὦ* bis habet Murat. Sed hoc loco non est *θαυμαστικόν*, sed *σχετλιαστικόν.* — *Nr.* 90. *εἰς τὸν αὐτὸν Καισάριον.* Ap. Murator. p. 53. V. 1. male Murat. distinxit post *ἄγαμαι*, verba *δῶρον τόδε* cum *τύμβον* jungens. V. 4. *ὦ ζωῆς.* P. *ὦ* Murat. — *πήμασι*, i. e. *εἰς πήματα.* — *Nr.* 91. *εἰς τὸν αυ ὅμοι ἐγκωμιαστι.* Ap. Murat. p. 53. De eruditione Caesarii vid. Nostr. Or. X. p. 163. C. D. V. 4. *ἱητορίην.* P. V. 5. *πτερόωντι νόῳ. mente, quae ipsi quasi alas ad altiora tollentes dabat.* *πτερόεντι.* Murat. V. 6. *ὁμῶς.* P. *ὅμως.* Mur. Idem versus recurrit cum eadem varietate nr. 107. v. 4. *ὁμῶς* h. l. idem quod *ὁμοῦ. una cum his omnibus.* ut ap. Theogn. 251. *πᾶσι γάρ, οἷσι μέμηλε καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδή, Ἔσσῃ ὁμῶς.*

Nr. 92. *εἰς τὸν αὐτόν.* Ap. Murat. p. 55. V. 1. *ἑοῖς.* P. *νέοις.* Cod. Ambr. Frequens error. Vid. ad p. 376. nr. 125. v. 6. p. 563. nr. 401. v. 1. De *ἑός* pro *σός* monuimus ad p. 193. nr. 267. v. 2. — *κασιγνήτοισι τεοῖς.* Murat. ex Cod. Paris. — *Nr.* 93. Ap. Murator. p. 56. In Cod. Pal. prius distichon cohaeret cum praecedente epigr. Recte haec divisa ap. editorem Italum. — *μέγα κλεα.* P. *μεγακλέα.* Murat. — *τηλόθ' ἐόντα.* P. *τηλεθέοντα.* Cod. Medic. *τηλεθανόντα.* Cod. Ambr. *τηλεφανῆ.* Cod. Paris. *τηλεθόωντα.* Cod. Barocc. cujus lectiones quasdam in Carminibus a Muratorio editis exhibuit Io. Christ. Wolfius in Leipziger neuer Büchersaal. XIII. Oeffnung. an. 1712.

p. 27. τηλόθ' ἐόντα legendum esse, non fugit Salvinium. — V. 2. πάσης. priore correpta, ut iterum nr. 109. v. 3. Similia ex Gregorii nostri Carminibus collegimus ad Nr. 8. Haec et alia hujus generis ad Cappadocismum quendam referebat Muratorius. De Pausania, rhetore Cappadoce, Philostrat. in Vit. Sophist. L. II. 13. p. 594. ἀπήγγειλε δὲ αὐτὰ παχείᾳ τῇ γλώττῃ, καὶ ὡς Καππαδόκαις ξύνηθες, ξυγκρούων μὲν τὰ ξύμφωνα τῶν στοιχείων, συστέλλων δὲ τὰ μηκυνόμενα, καὶ μηκύνων τὰ βραχέα. V. 3. Novi hic in Cod. Pal. epigrammatis initium cum lemmate: εἰς τὸν αὐτόν. — βασιλῆϊ. Cf. Nostr. Orat. X. p. 166. s. — V. 4. βιθυνῶν. duabus prioribus syllabis correptis. Vid. ad p. 486. nr. 808. v. 7. Primam in hoc gentili corripuit etiam Juvenal. Satyr. VII. 15. *equitesque Bithyni.* In Ἐλευσῖνος penultimam corripuit Gregor. Carm. LXI. 261. p. 145. A. — δεξάμεθ' αὖ. P. δεξάμεθα. Cod. Paris.

Nr. 94. In Cod. Pal. hoc epigr. cohaeret cum praecedentis ultimo disticho. Rectius haec distincta ap. Murator. p. 57. V. 1. σεισμῶν. Cf. Nostr. Or. X. p. 167. A. V. 2. νικαίης. P. Mur. νικαίας. Cod. Barocc. V. 3. ὦ. P. ὢ hoc loco et v. 4. scripsi cum editore Italo. — σοφίης. P. Mur. σοφίη. Cod. Barocc. — *Nr.* 95. εἰς τὸν αὐτόν. Ap. Murator. p. 58. V. 2. κατέχω. P. Mur. κατέχων. Cod. Medic. — V. 3. λογίοισιν ὑπ. P. Mur. λογίοις καὶ ὑπ. Cod. Paris. V. 3. βασιλήοις. P. βασιλῆος. Codd. Mur. qui αὐλῇ subaudit. Scripsi βασιλήοις. i. e. βασιληΐοις. — V. 4. λαμπόμενον. P. λαμπομένην. Murat. fortasse rectius. Sed membr. Pal. lectio per synesin explicari potest. — *Nr.* 96. εἰς τὸν αὐτόν. Ap. Murator. p. 59. V. 1. καισαρίοιο. P. καισαρίου. Mur. V. 2. ἤμυσαν. De mediae syllabae quantitate vid. ad p. 399. nr. 262. v. 4. — V. 3. λέλιπτο. P. λέλειπτο. Murat.

Nr. 97. εἰς τὸν αὐτόν. Ap. Murator. p. 59. V. 2. πηγή. P. Murat. πηγήν. Cod. Medic. V. 5. τετιμένος. τετιμημένος. Cod. Barocc. — *Nr.* 98. εἰς τὸν αὐτόν. Apud Murat. p. 60. V. 1. ποθέων τόν. P. Murat. ποθέοντος ἄρ. Cod. Par. V. 2. κηρύσσων. Cod. Ambr. V. 6. ἐξ ἀκανθῶν. P. Murat. ἐξ ἀνθέων. Cod. Ambros. et Parisin. Hoc recepi. Quae ad suam lectionem tuendam Muratorius affert, ea parum sunt firma. Comparaverit tamen aliquis correptionem in ἀφέντων ap. Solon. Fragm. XVI. 6. in Poëtis Gnom. p. 80. Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων. et in Peplo Aristot. T. II. p. 753. ἥδ' ἱερὰ Προποντὶς ἀμφὶς ἔχει πεδίῳ. Similia dedimus ad p. 141. nr. 4.

Cf. Seidler. de Verss. Dochm. p. 25. sq. — Nr. 99. εἰς τὸν αὐτόν. Ap. Murator. p. 61. V. 2. ὑμετέρης. Cod. Ambros. — V. 3. μέγα κλέος. P. μεγακλέος. Mur. Cf. nr. 36. v. 3. nr. 93. v. 1. — V. 4. τύμβος. Cod. Ambros. V. 4. ἀγειρομένους. Sunt qui ἀγειρόμενοι et ἀγειρομένοις corrigant. Cod. Barocc. ἀγειρομένων. Nihil horum est, quod lectioni membr. Palat. et plurimorum Codd. praetulerim. ἀγειρομένους referendum ad αἷμα. Non in Caesarium solum epigramma scriptum, sed in illum et parentes ejus, qui omnes, ut pietate, ita tumulo conjuncti, in vicinia Martyrum sepulti erant.

Nr. 100. εἰς τὸν αὐτὸν καὶ εἰς φιλαγρι. Ap. Murator. p. 62. V. 1. De Philagrio Cappadoce vid. Nostr. Orat. XXI. pag. 390. C. Epistol. p. 802. s. — μορφῇ. P. μορφήν. Mur. V. 3. φθόνος. Cf. nr. 85. In Cod. Barocc. νόσος ex glossemate. φθόνος mali daemonis invidiam significat. Vid. Vales. ad Euseb. Vit. Constantin. T. II. p. 220. A. — Nr. 101. εἰς γοργόνιον τὴν ἑαυ ἀδελφ. Apud Murator. p. 63. V. 1. κεῖμαι. P. et Cod. Medic. — P. Nr. 102. εἰς γοργονίαν τὴν ἑαυ ἀδελφ. Ap. Murat. p. 65. V. 1. In obscuro hoc disticho Boivinus ap. Murat. corrigit: οὐδὲ σύ, Γοργόνιον, γαίῃ λίπες ὀ. μ. Mihi ex comparatione cum sequ. epigr. legendum videtur: Οὐδὲν Γ. γαίῃ λίπεν· ὀστέα, σῶμα, Πάντ' ἀνέθηκεν ἄνω. — γαίῃ et ὄστεα. P. — Nr. 103. Hoc epigr. cohaeret cum praecedente in membr. Pal., ubi versui 3tio demum adscriptum lemma: καὶ εἰς ἀλύπιον τὸν αὐτῆς ἄνδρα. Non dubitavi haec ita dare, ut leguntur ap. Murator. p. 65. V. 1. ἐῇα. P. ἐήν. Mur. V. 5. τοιρα. P. Cod. Ambr. τοῖς ῥα. Mur. ex Cod. Par. — λοετροῖς. baptismo, qui illis temporibus morte appropinquante sumebatur. Vid. Nostr. Or. XI. p. 188. A.

Nr. 104. ἐπιτάφιον εἰς μαρτινιανό. Ap. Murator. p. 4. V. 2. πέτρος. Vid. Porson ad Euripid. Orest. v. 5. V. 3. παραλιτροῦ. P. — Nr. 105. κατατυμβορυ τ μεγαλ γρηγορι. Iterum legitur infra p. 699. Apud Murator. p. 6. V. 3. χρυσοῖο τάλαντα. ex Theocrit. Eid. VIII. 53. qui locus frustra conjecturis vexatur. εὐγενέες λᾶες. Noster Carm. IV. 235. Opp. T. II. p. 71. D. οὐ χρυσὸς δειρὴν κατεκόσμεεν, οὐδ' ὑάκινθος, Οὐδ' εἶχον σηρῶν νήματα λεπταλέα. V. 6. χρεῖρα φέροις. P. 1. χεῖρα φέρεις. P. 2. φέρεις. Mur. V. 7. ὅντις ὀλέσσει. P. 1. 2. Cod. Medic. ὅστις ὀλέσσεν. Mur. — Nr. 106. εἰς μαρτινιανόν. Infra iterum p. 699. Ap. Murat. p. 8. V. 2. ἐστονάχισε.

P. 2. V. 5. ἀμφιέποντες. P. et Murat. ex conjectura. ἀμφιέπονται. Cod. Ambros. — V. 6. δώσομεν. P. et Cod. Ambr. δείξομεν Murat. ex conjectura. At δώσομεν dictum pro παραδώσομεν. Posteris tumulum tuum, ut rem sanctam et venerandam, trademus.

τ τ
Nr. 107. εἰς τὸν αυ μαρ. Iterum legitur p. 699. Ap. Murator. p. 10. V. 3. βασιλῆα. P. 1. 2. βασίλεια. Murat. qui εὖχος ab ὑπάρχων sejungens, hoc cum πᾶσιν junxit. εὖχος ὑπάρχων dictum per periphrasin. Tum jungendum πᾶσιν ὑμῶς. ut nr. 91. v. 4. ὅμως. Mu-
τ α
rator. — P. V. 4. novum lemma: εἰς τὸν αυ μαρτυνι. — Nr. 108. εἰς τὸν αὐτόν. Legitur iterum p. 699. Apud Murator. p. 10. — Nr. 109. εἰς τὸν αὐτόν. Infra iterum p. 700. Apud Murat. p. 11. V. 1. ἅλις ζώοντες ἀλιτροί. sat impiorum vivit, vertit Italus editor. Sed rectius distingues: ἅλις ζώοντες, ἀλιτροί, τυμβωρύχους alloquitur. V. 3. πᾶσιν ζ. P. 1. 2. et Cod. Medic. πᾶσι τάδε Murat. ex Cod. Ambr. ut videtur. Nostrum priorem in πάσιν, πάσης, corripuisse,
ο
docuimus ad nr. 93. — Nr. 110. εισε αὐτόν. Infra iterum p. 700. Ap. Murator. p. 11. V. 1. τῆσι πολοῖσιν. P. 1. τῆς πολλοῖσιν. P. 2. In marg. πολίων. τῇ πολίων ποτ'. Cod. Ambros. τῇ πολλῶν. Cod. Medic. Recepi τῆς πολλοῖσιν, quod sensum habet satis commodum. Malim tamen: τῆς πολίεσσιν ἐγὼ ν. τάλ. Cf. nr. 106. 1-4. — V. 2. μάστιγες, media perperam correpta, ut etiam in σφρηγίδας ap. Nostr. Carm. XLVIII. 207. T. II. p. 109. A.

Nr. 111. εἰς τὸν αὐτόν. Iterum legitur infra p. 700. Apud Murator. p. 12. V. 1. ἐν βασιλῆος. P. 1. 2. Murat. ἐν βασιλείοις. Cod. Ambr. V. 2. πρῶτα φέρων. ut Parrhas. ap. Athenae. XIII. p. 543. D. E. Ἑλλήνων πρῶτα φέροντα τέχνης. In Ep. inedito, quod ad calcem harum notarum dabimus: ἡ πάσης ἄκρα φέρουσ' ἀρετῆς. Liban. T. IV. p. 86. 2. τοιγαροῦν ἀνδρείᾳ μὲν Ἀχιλλεὺς φέρει τὰ πρῶτα. Id. p. 105. 7. ἀλλ' ὅτι τὰ πρῶτα φέρει τοῦ τρωϊκοῦ στοχασάμενοι. Alii πρῶτα φέρεσθαι dixerunt. Vid. Valken. ad Herodot. p. 727. 21. — V. 3. ἀκούετε. omnes praeter Cod. Ambros. ubi ἀκούσατε. Vid. ad p. 264. nr. 390. v. 1. — ἀλλ' ἀπὸ τύμβου, ἔῤῥετε. sc. ut nr. 108. ἀλλ' ἀποτῆλε τάφου. — Nr. 112. εἰς τὸν αὐτόν. Iterum est
τιν
p. 700. Ap. Murator. p. 13. V. 1. τον. P. 2. V. 2. λάας. P. 1. 2. — Nr. 113. εἰς τὸν αὐτόν. Infra p. 700. Ap. Murator. p. 13. V. 1. καππαδόκων. P. 1. 2. Καππαδοκῶν scripsi constantiae causa. Vid. ad

nr. 3. v. 4. — V. 4. δευρί. P. 1. δουρί. P. 2. — *Nr.* 114. εἰς τὸν αὐτόν. Infra p. 700. Ap. Murat. p. 14. V. 3. ἐνέγκαι. P. ἐνεγκεῖν. P, 2. Murat.

Nr. 115. εἰς τὸν αὐτόν. Legitur infra p. 700. Ap. Murator. p. 15. V. 2. στῆλαι. P. στήλη. Cod. Ambr. Noster Or. X. p. 163. D. de Caesario: καὶ ταῦτα οὐ λόγος ἐστὶν ἀμάρτυρος, ἀλλ' ἔῳα τε ὁμοῦ λῆξις καὶ ἑσπέριος, καὶ ὅσην ἐκεῖνος ἐπῆλθεν ὕστερον, ἐπίσημοι στῆλαι τῆς ἐκείνου παιδεύσεως. — μαρτινιανῷ. tetrasyllabum h. l. ut Αἰθιόπιον ap. Dionys. Perieg. v. 38. Similia dedimus ad p. 446. nr. 524. Cf. Hagenbuch. Epist. ad Blaurer. p. 35. ¶. V. 3. novum lemma: εἰς τὸν αὐτόν. — πάθησι. P. παθήσῃ. Cod. Medic. πάτησο. Cod. Ambros. Vera lectio Muratorium latebat. V. 4. πολλῶν. P. Medic. πολλῷ. Ambros.

Nr. 116. εἰς τὸν αὐτόν. Iterum legitur infra p. 700. Ap. Murator. p. 16. V. 1. εἴ τιν' ἀκούεις. Cf. ad nr. 111. v. 3. εἴ τινα Μαρτινιανὸν ἀκούετε. V. 2. καππαδόκων. P. 1. 2. Vid. ad nr. 3. — εὐγενέων. P. 1. εὐγενέτην. P. 2. In marg. γρ. εὐγενέων. V. 4. ἀζόμενοι. P. 1. 2. ἐξόμενοι. Cod. Ambros. Cf. ad nr. 12. v. 6. — ἀμφιέπειν. i. e. ἀμφιέπετε. ut nr. 107. v. 6. βάλλειν pro βάλλετε. — *Nr.* 117. εἰς τὸν αὐτόν. Infra iterum p. 701. Ap. Murator. p. 16. V. 2. ὄμνυμι P. V. 5. 6. a praecedentibus sejuncti P. 2. Hoc loco in marg. notatum: ἕως ω (δ) τὰ (τ) εἰς μαρ.

Nr. 118. εἰς λιβίαν τὴν γαμετὴν ἀμφιλόχου. Apud Murat. p. 17. Amphilochium Liviae maritum Gregorius commemorat Epist. CVI. p. 849. CX. p. 851. V. 1. σηκός. P. 1. σηκοῦ. P. 2. δὲ om. Cod. Ambr. V. 3. ἀμφεβάλοντο. P. 1. 2. Cod. Medic. ἀμφιβάλοντο. Cod. Ambr. V. 5. ὑπόδεχθε. P. 1. 2. ὑποδέχθη. Cod. Ambr. — *Nr.* 119. εἰς τὴν αὐτήν. Infra p. 701. Apud Murator. p. 19. V. 2. πύλης. P. 1. πύλαις. P. 2. V. 3. εἰσ ἔτι. P. V. 6. πινυτῆς. P. — *Nr.* 120. εἰς τὴν αὐτὴν λιβίαν. Iterum legitur p. 701. Ap. Murator. p. 20. V. 4. πασάων. P. 1. 2. πασέων. Mur. V. 6. τοκέων. P. 1. τεκέων. P. 2. Murat. ἀμφιλόχιος. P. 1.

Nr. 121. εἰς εὐφήμιον υἱὸν ἀμφιλοχ καὶ λιβίας. Infra iterum habetur p. 702. Ap. Murator. p. 20. V. 1. ἦν ἱερή. P. 1. Mur. ἦν δ' ἱερή. P. 2. V. 2. κασιγνητωι. P. 1. 2. κασιγνήτῳ. Murat. ¶. V. 3. novum lemma: εἰς εὐφήμιον καὶ ἀμφίλοχον αὐταδέλφους. — ἐκφανέες.

P. 1. ἐκφανέες. P. 2. Mur. V. 5. ἔδρακε. omnes, praeter Cod. Medic. ubi ἔδραοε. — *Nr.* 122. Iterum p. 701. Ap. Murat. p. 22. Primum distichon in Pal, 1. cohaeret cum praecedente epigrammate; rectius haec distincta P. 2. et ap. Murat. V. 1. δ' ἐν. P. 1. 2. τ' ἐν. Codd. Mur. V. 3. lemma in marg. P. 1. εἰς εὐφήμιον. — ἀρτιγενεῖ. Mur. — V. 5. τύμον. P. 1. τύμβον. P. 2. ἠδ' ὑμεναίων. omnes praeter Cod. Ambr. ubi ἐς δ' ὑμ. et v. 6. ῥήματα.

Nr. 123. εἰς τὸν αὐτόν. Infra iterum p. 702. Apud Murat. p. 23. V. 2. μοῦνος. P. 2. In marg. μοῦσαν. V. 4. μόρος. P. 1. 2. μόνος. Cod. Ambros. Eaedem voces permutatae p. 323. nr. 735. φθόνος Murat. ex conjectura. Sic certe nr. 126. v. 4. Similiter pag. 259. nr. 561. ἦν δὲ δικαιοσύνης ὁ φθόνος ὀξύτερος. — *Nr.* 124. εἰς τὸν αὐτόν. Infra legitur p. 702. Apud Murator. p. 24. V. 1. χρυσίης. P. 1. 2. χρυσείης. Murat. V. 4. ἐπιδήν. P. Apoll. Rhod. L. I. 516. οὐδ' ἐπὶ δὴν μετέπειτα κεραασάμενοι δὴ λοιβάς.

Nr. 125. εἰς τὸν αὐτόν. Habetur etiam infra p. 702. Ap. Murat. p. 24. V. 2. καὶ στεροπῆς. P. 1. 2. ἀστεροπῆς. Codd. Murat. V. 3. σοφίῃ. P. καὶ post εἴδεϊ om. Cod. Ambr. V. 4. καππαδόκαις ἦν. P. 1. ἦν. Mur. καππαδόκεσσι κλέος. P. 2. De terminationibus αις et εσσι vid. ad p. 228. nr. 154. v. 1. — *Nr.* 126. εἰς τὸν αὐτόν. Infra p. 702. Ap. Murat. p. 25. — V. 4. ἄμφω θύρας. P. 1. ἀμφιθύρας. P. 2. — *Nr.* 127. εἰς τὸν αὐτόν. Infra p. 702. Ap. Murat. p. 25. V. 1. ἀμίμητον. P. 1. ἀμώμητον. P. 2. εἴαρ. P. 1. εἶαρ. P. 2. V. 2. πλίγμα. P. 1. 2. πλεῖγμα. Cod. Ambr. ἰοστεφέων. Cod. Medic. Caeteri ἰοστεφάνων. V. 3. ἀνίσχεν. P. 1. 2. Cod. Ambr. ἀνίσχεν. Cod. Medic. quod reponendum. Aeschyl. Agam. v. 39. λαμπὰς ἀνίσχει. Euripid. Phaët. Fr. I. ἥλιος ἀνίσχων. Aelian. H. An. VII. 44. τὸν ἥλιον ἀνίσχοντα προσκυνοῦσιν οἱ ἐλέφαντες .... καὶ (hoc addendum) μάρτυς ἀγαθὸς ὁ Φιλοπάτωρ ἡμῖν Πτολεμαῖος ἔστω. — *Nr.* 128. ἡρωϊκά. εἰς τὸν αὐτὸν Εὐφήμιον. Ap. Murator. p. 26. Color ductus ex epigr. p. 364. nr. 39.

P. *Nr.* 129. εἰς τὸν αὐτόν. Apud Murator. p. 26. V. 1. κρῆναι. ex Theocrit. Eid. VIII. 37. V. 3. αὐραιτάι. P. τε. Mur. Scr. αὖρα τε. Syllaba brevis producitur ante με. V. 5. εὐφημιας. P. Cod Medic. εὐφήμιος. Cod. Ambros. Regionem intelligit Muratorius, qua ab Euphemio ibi sepulto Euphemias appellata fuerit. — ὡς ἔθανό περ. P. ὥς σε θανών περ. Codd. Murat. — *Nr.* 130. εἰς τὸν αὐτόν

Ap. Murator. p. 27. hoc epigr. cohaeret cum praecedente. Rectius in nostris membr. sejunguntur. V. 1. *εἴποτ' ἔην γε.* formula Homerica, de qua Heyn. ad *'Ιλ. γ.* 190. T. IV. p. 484. sq. Hermann. ad Viger. p. 946. edit. sec. V. 3. *οἷς ἐνάγερθεν.* P. *εἰς ἓν ἄγ.* Murat. Codd. quod verum, sed ab editore non recte accipitur. Sensus est, ob eximiam pulchritudinem et juvenem et locum inter se conjunctos esse. V. 4. *δ' ἐν.* P. *δ' αὖ.* Mur.

Nr. 131. *εἰς ἀμφιλόχιον.* Legitur iterum infra p. 702. Apud Murator. p. 28. V. 1. Scr. *κ'Αμφιλόχοιο.* i. e. *καὶ 'Αμφιλόχοιο.* V. 3. *πηοῖς πάντα πέπασσο. quae habebas, non tibi habebas, sed necessariis.* A vero sensu aberravit Murat. V. 4. *κεἴ τις.* P. 1. 2. *καὶ εἴ τις.* Cod. Ambr. V. 5. 6. Hoc distichon in Cod. Pal. cum sequente cohaeret epigrammate, omnibus in tetrasticha divisis. *φιλίην τε ὑπέδυς.* P. 1. *τε* om. P. 2. Mur. V. 6. *τεκέων.* P. 1. Cod. Ambr. *τοκέων.* P. 2. Mur. Cf. nr. 120. v. 6. — *τὸ πλέον. major et amplior felicitas in mortales non cadit.* Versus sensus latuit Italum.

Nr. 132. Iterum legitur infra p. 702. Ap. Murator. p. 29. junctim cum sequente. In Cod. Pal. hoc loco primum distichon cohaeret cum praeced. epigr. Versui 3tio additum lemma: *εἰς τὸν αὐτόν.* V. 1. *ἦιτε.* P. 1. 2. Cod. Medic. *ἦν τε.* Cod. Ambr. *ἥ τε.* Murat. ex falsa conjectura. V. 5. *περιώσιος ἦν· ἴδ' ἐτ.* Murat. *ἥνιδ'* P. 1. *ἤνιδ'* P. 2. *ἑταίρωι.* P. 2. V. 6. *γράμματ' ἐπιτυμβ.* P. 1. — *Nr.* 133. *εἰς τὸν αὐτόν.* Infra p. 703. Ap. Murat. p. 29. junctim cum praecedente. V. 2. *ἀρνομένη.* In P. 2. adscriptum, *ἀντλουμ* ... V. 3. *ἔσπετο.* P. 1. 2. V. 4. *ἀεὶ θαλέθον.* P. *θαλέθων.* P. 2. *θαλερόν.* Murat. In marg. Cod. est *σημεῖον ὡρ.*

Nr. 134. *εἰς ἀμφιλοχιον ἐλεγίον ἄλλο.* P. 1. *εἰς τὸν αὐτὸν ἀμφιλόχιον.* P. 2. *εἰς ἀμφιλόχιον ἄλλον.* Murat. De uno eodemque Amphilochio haec omnia. V. 1. *ἀμφιλόχιος.* P. 1. *ἀμφίλοχος.* P. 2. Mur. *λέλιπτο.* P. 1. 2. *λέλειπτο.* Mur. Vid. nr. 96. v. 4. — P. *Nr.* 135. *εἰς τὸν αὐτὸν ἀμφιλ.* Infra legitur p. 703. Apud Murat. p. 32. V. 1. *δῶκα.* P. 1. 2. Murat. *δῶκε.* Cod. Medic. V. 2. *ἰθυδίκης.* Murat. *ἰθυδίκοις.* reliqui.

Nr. 136. *εἰς τὸν αὐτόν.* Infra iterum p. 703. Apud Murator. p. 33. V. 2. *γλυκίων.* P. 1. 2. *γλυκίω.* Murat. *γλυκείω.* Cod. Medic. V. 3. *τυτθὴ κόνις. parvus tumulus.* Frustra hic haesit editor. —

Nr. 137. *εἰς τὸν αὐτόν.* Iterum infra p. 703. Ap. Murat. p. 34. V. 2. *τύμβος δ' ὅδ'* P. 2. De *δὲ* sic temere a librariis inserto vid. ad p. 52. nr. 10. v. 69. — *ἀμφὶς ἔχω.* i. e. *περιέχω.* ut ap. Homer. Od. *θ.* 340. *δεσμοὶ μὲν τρὶς τόσσοι ἀπείρονες ἀμφὶς ἔχοιεν.* Mox infra nr. 170. *τύμβοι δὲ θυηπόλον ἀμφὶς ἔχουσιν.* Gregor. Naz. Carm. de Arcan. I. 26. T. II. p. 161. C. *αἰῶν' ἀμφὶς ἔχων.* — *Nr.* 138. Et hoc loco et infra p. 703. hoc distichon cohaeret cum praecedente. Sejunxit ea Murator. p. 34.

Nr. 139. *εἰς νικομήδην.* Infra iterum p. 703. Ap. Murat. p. 34. De Nicomede vid. Gregor. Carm. XLVII. 143. sqq. Opp. T. II. p. 108. B. V. 2. *τοκέων.* P. *τεκέων.* P. 2. Murat. Duos Nicomeden habuisse filios, apparet ex loco laudato. *καθαρῶν.* P. 1. *καθαρῇ.*
ρικαλεην
P. 2. Mur. V. 4. *φρηντελεην.* P. 1. *φρὴν τελέην.* P. 2. Murat. Hoc proscribere non sum ausus. Facile tamen crediderim, verius esse *φρικαλέην θυσίην*, quod de missae sacrificio accipiendum. [Cf. not. ad Aesop. Heusing. p. 139. *G. H. S.*] V. 6. *τλῆμον.* P. 1. *τλήμον.* Murat. *τλήμων.* P. 2. Hoc ut metro convenientius praetuli.

Nr. 140. *εἰς τὸν αὐτόν.* Infra iterum legitur p. 703. Ap. Murat. p. 36. V. 3. *αὐτόν.* omnes. Sed *αὑτὸν* videtur scribendum. Nicomedes sacerdotii munus amplexus, se ipsum Deo dicasse dicitur, postea etiam filios. V. 6. *μεγάλην.* P. 1. *μεγάλῃ.* P. 2. Murat. — *Nr.* 141. *εἰς τὸν αὐτὸν ὁμοίως.* Infra p. 704. Apud Murator. p. 37. V. 1. *ὕστατος.* P. 1. 2. *ὕστατον.* Murat. V. 4. *ἰθύνεις.* P. 1. *ἰθύνῃς.* P. 2. Murat. Scripsi *ἰθύνοις*, unde illae lectiones videntur enatae. — *σὺν ἱερῇ.* Brevis in arsi, ut saepius ap. Gregorium. Facile tamen huic vitio medearis verbis transpositis: *ἰθύνοις ἱερῇ σὺν τεκέων δυάδι.* — *Nr.* 142. *εἰς καρτέριον ἑταῖρον τοῦ μεγάλου γρηγορίου.* Infra iterum p. 704. Ap. Murator. p. 37. De Carterio Gregorius in Carm. XLVII. 139. sqq. T. II. p. 108. A. V. 1. *πεῖ με.* P. 1. *πηῖ.* P. 2. V. 5. *βιότωι ἔζησας.* P. 1. *βιότωι μὲν ἔζησας.* P. 2. *μ' ἐνέδησας* Codd. Mur. quod verum videtur. — *ἀσαρκεῖ.* P. 1. *ἀσαρκέϊ.* P. 2. — *ἐτέον σοι.* Scr. *ἐτεόν σοι.* — V. 6. *ὃν νῦν.* P. Murat. Hoc quoque ad Cappadocismum Gregorii retuleris.

P. *Nr.* 143. *εἰς καρ*^τ. Infra iterum p. 704. Apud Murator. p. 37. junctim cum praecedente. V. 1. *μέγα κλέος.* P. 1. 2. *μεγακλέος.* Codd. Murat. Vid. ad nr. 99. v. 1. Gregor. Carm. LXI. 279. *πάντ' ἔθανε Χριστοῖο μεγακλέος αἵματι σεπτῷ.* Post hanc vocem comma ponendum.

V. 3. *μνώμεο.* P. 1. *μνώεο.* P. 2. Murat. V. 4. *ἦν ὅτε ἦν.* P. 1. 2. Mur. Rectius, *ἦν ὅτ' ἔην.* Obscura h. l. hujus *ῥήσεως* significatio. Aliter Carm. LXI. 231. T. II. p. 144. C. *τεὴ δὲ γλῶσσ' ἀδάμαστος Ην ὅτ' ἔην.* — *Nr.* 144. *εἰς τὸν αὐτόν.* Infra p. 704. Ap. Murator.
ταις
p. 39. V. 2. *ἀγνοτάταις.* P. 1. Cod. Ambr. *ἀγνοτατοις.* P. 2. *παλάμαις.* P. 2. V. 3. *λῆξεν.* P. 1. *λῆξας.* P. 2. *λῆξαθ'* Mur. quod ut verum recepi. — *ὁμῶς.* P. 1. Murat. *ὁμως.* P. 2. *ὅμως.* Cod. Ambros. Illud verum est: cur cessastis haud secus ac caeteri mortales i. e. vulgus
τ
hominum. Vid. ad nr. 91. v. 6. — *Nr.* 145. *εἰς τὸν αυ.* Iterum infra p. 704. Apud Murat. p. 40. V. 1. *ὦ ξώλων.* P. 1. 2. *ὦ ξωλῶν.* Mur. qui *ὦ Ζηλῶν* legendum esse suspicatur. Recurrit *ξώλων* nr. 150. ubi Cod. Pal. *ξόλων.* Locus aliunde non notus. — *ἔρισμα.* P. 1. *ἔρεισμα.* P. 2. V. 2. *σταυροφόρων.* P. 1. *σταυροφόρον.* P. 2. Murat. *κόλποις.* P. 1. 2. *καλέσας.* Murat.

ω τ
Nr. 147. *εἰς βασσον τινα παρα ληστ ἀποκτανθεν.* Infra p. 704. Ap. Murat. p. 41. V. 1. Scr. *Βάσσε. φίλ' ὡς.* P. 1. 2. *φίλος.* Codd. Murat. V. 4. *πᾶσι.* P. 1. *πᾶσιν.* P. 2. Murat. *μέγ' οὔνομα.* P. 1. 2.
ε
Cod. Medic. *καὶ οὔνομα.* Cod. Ambros. *λίλιπται.* P. 1. *λέλιπται.* P. 2. Cf. nr. 134. v. 1. V. 5. columnae, quibus tu inscriptus es (animus scil. et memoria hominum) praestantiores sunt solidis illis (*τῶν παγίων*), quae aliis ponuntur. Cf. nr. 115. — *ἐνιγράφθῃς.* P. 1. 2. *ἔνι γράφθῃς.* Mur.
τ
Nr. 148. *εἰς τὸν αυ.* Infra iterum p. 705. Apud Murator. p. 41. V. 1. *τεθείς.* P. 1. 2. *τεοῖς.* Murat. quod recepi. — *Βᾶσσε.* Scr. *Βάσσε.* V. 2. *πνεύματι.* P. Mur. *πνεῦμά τε.* P. 2. V. 4. *στήσομαι συζυγίης.* P. 2. In marg. *στήσομ' ὁμοζυγίης.* ut est P. 1. et in Codd. Murat. — *Nr.* 149. *εἰς φιλτάτιον.* Apud Murator. p. 42. — *Nr.* 150. *εἰς εὐ-*
ο
σέβειαν καὶ βασίλισσαν. Infra p. 705. cum lemmate: *εἰς εὐσεβ/.* Ap. Murat. p. 42. V. 1. *εὐσέβιον.* P. 1. *εὐσέβιος.* Murat. *εὐσεβίων.* P. 2.
υ
κεῖται. P. 1. *κεῖται.* P. 2. *κεῖνται.* Codd. Murat. V. 2. *ξόλων.* P. 1. *ξώλων.* P. 2. Murat. *ἠγαθέων.* P. 1. — *Nr.* 151. *εἰς ἑλλάδιον καὶ εὐλάλιον αὐταδελφούς.* Infra p. 705. Ap. Murator. p. 43. Helladius et Eulalius fratres commemorantur in Gregor. Carm. XLVII. 129. sqq. Opp. T. II. p. 108. A.

ꝑ. *Nr.* 152. *εἰς Ἑλλάδιον.* Infra p. 705. Apud Murator. p. 44.
σ
V. 3. *ἀνέτλης.* P. 1. Ambros. *ἀνέτλην.* P. 2. *ἀνέτλῃ* corradded Murat.

recte; nisi fortasse v. 2. κατέχει fuit. — *Nr.* 153. εἰς τὸν αὐτόν. Infra p. 705. Ap. Murator. p. 45. V. 3. μεγα κλεος. P. 1. μεγακλέος. P. 2. μέγα κλέος. Murat. quod ob Χριστοῖο praeferendum. — *Nr.* 154. εἰς γεώργιον. Infra p. 705. Ap. Murat. p. 45. V. 1. κεῖσε. P. 1. κεῖσαι. P. 2. Murat. V. 2. πέμψας. omnes, praeter Cod. Ambr. ubi πέμψεν legitur. V. 3. κασιγνήτῃι. P. 1. κασιγνήτῃ. P. 2. Murat. V. 4. ὡς βιότων. P. 1. βίοτον. P. 2. — *Nr.* 155. εἰς εὐπρέξιον. Iterum p. 705. Ap. Murat. p. 46. V. 2. ἀριανζαίῃ. Arianzum pagum Nazianzo subjectum fuisse existimat Muratorius, ubi Gregorius, postquam se episcopatu Constantinopolitano abdicaverat, vixisse videtur. V. 3. συνοδίτην. Vid. Murat. ad h. l. et DuCang. in Gloss. p. 1487.

Nr. 156. εἰς ναυκρα ἀδελφ/ τοῦ μεγάλου βασιλ. (τ o) Infra legitur iterum p. 698. s. Ap. Murator. p. 123. V. 1. ἔλυε. P. 1. 2. Mur. ἔλυσε. Cod. Medic. V. 2. βρύχιος. P. 1. Mur. βρυχίαις. P. 2. quod dictum, ut ap. Apollon. Rh. I. 1310. τοῖσιν δὲ Γλαῦκος βρυχίης ἁλὸς ἐξεφαάνθη. βρυχώδους. Schol. Archestrat. ap. Athen. VII. p. 302. B. πολλὰ περάσαντες πελάγη, βρυχίου διὰ πόντου. Aeschyl. Pers. 325. ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύσματος. quae ad strepitum maris referenda esse apparet ex Aeschyl. Prometh. 1090. βρυχία ἠχὼ βροντῆς. V. 3. οὐκὰν ἔλυσεν. P. 1. οὐκ ἀνέλυσεν. P. 2. Murat. V. 4. εἶπε. P. 1. εἰπέ. P. 2. V. 5. novum in marg. lemma utroque loco: εἰς τὸν αὐτόν. Rectius in Murat. codd. cum praecedentibus jungitur. ὥσπερ. P. 1. ὅπερ. P. 2. V. 6. ἐλθέμεναι. omnes codd. ut videtur. ἑλκέμεναι. Murat. c. Boivinio. Lenior erit correctio: Ναυκρατίῳ καθαροῖο βίου νόμον, ὥσπερ ἔϊσκω, καὶ χάριν ἐλθέμεναι. *ex aqua Naucratio vitae sanctioris legem et gratiam divinam, ex aqua eidem mortem obvenisse existimo.* Infinitivus pendet ab ἔϊσκω, quamvis verbo secundariae enuntiationis. Sic Aeschyl. Pers. 187. τούτω στάσιν τιν', ὡς ἐγὼ 'δόκουν ὁρᾶν, Τεύχειν ἐν ἀλλήλοισιν. Herodot. L. I. 199. ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῆς πόλιος, ὡς λέγεται, τοὺς τὸ μέσον οἰκέοντας τῶν Βαβυλωνίων οὐ μανθάνειν ἑαλωκότας. Vid. Erfurdt. ad Sophocl. Antig. 736. Heindorf. ad Platon. T. IV. p. 436.

Nr. 157. εἰς τὸν αὐτόν. Infra iterum p. 699. Ap. Murat. p. 126. V. 3. θνητά τε. P. 1. θνητα τὰ π. (ε) P. 2. — *Nr.* 158. In Palat. 1. 2. hoc distichon cum praecedente epigrammate cohaeret. Rectius inde sejungitur ap. Murat. p. 126. V. 2. ἐξαλίης. P. 1. 2. ἐξ ἁλίης. Murat. *dum praedae piscium inhiat;* ut nr. 158. ἁλιῆα εἴρυσεν ἀνθ' ἁλίης

δίκτυον. — Nr. 159. εἰς μαξέντιον τινα εὐγενῆ καὶ φοβερον ἄνδρα. Ap. Murat. p. 135. V. 2. κεδάσας. P. Scripsi κεδάσσας, ut metrum constaret. σκέδασσε. Murat. κέδασσεν. Cod. Medic. V. 4. ἔρεισας. P. ἔρεισα. Mur. V. 5. Χριστῷ τῆξα δέμας. Iterum brevis syllaba in arsi posita; sed h. l. vix dubito Gregor. dedisse: τῆξα Χριστῷ δέμας. V. 6. ἀνῶ. P. ἄνω. Mur. ἀνέπτη. P. Codd. Murat. qui recte correxit ἀνέπτην.

P. Nr. 160. εἰς τὸν αυ μαξεν. Ap. Murat. p. 136. Quae in editione nostra uncinis inclusa sunt, ea in Cod. Palat. desiderata ex Muratorii Codd. accesserunt. V. 4. πελάει. P. πελάσει. Murat. — Nr. 161. εἰς ἐμμελίαν τὴν μρα ταγίου βασιλείου. Iterum habetur p. 698. cum lemmate: εἰς τὴν μρα βασιλ. ἐμμελίαν τὴν μεγάλην. Ap. Murat. p. 126. De Emmelia vid. Gregor. Or. XX. p. 322. C. V. 2. τοκέων. P. 1. τεκέων. P. 2. Vid. nr. 139. v. 2. In fine hujus versus pone comma, in exitu sequentis colon. V. 4. πολύπαις. decem liberorum mater, inter quos eminebant S. Basilius, Gregorius Nyssenus, Petrus Sebastenus, et filia S. Macrina. Vid. Murator. p. 128. V. 5. τῆσδ' P. 1. 2. τῆδ' Murator. — ἱερῆος, Basilii, magni Basilii patris, conjux. V. 6. ὡστρατος. P. 1. ὥς στρατος. P. 2. εὐαγεος. P. 1. εὐαγέων. P. 2. Cod. Medic. οὐρανίων. Murat. ex Cod. Paris.

Nr. 162. εἰς τὴν αὐτῆ ἐμμελίαν. Iterum p. 698. junctim cum praecedente, ut etiam ap. Murat. p. 126. In altero loco Cod. Pal. nota est: εἰς τὸν πρα τοῦ μεγάλου βασιλείου οὐχ εὗρον. V. 1. ἔχει. Sic omnes, ut videtur. Sed ἔχεν scribendum ob sententiarum nexum: olim stupebam insignem Emmeliae sobolem; at quum ipsam vidissem, dixi etc. φρασάμην inepte ap. Muratorium vertitur, *appellavi*. V. 5. πανάριστε. P. 1. παναρίστη. P. 2. Murat. V. 6. εὔποθον. P. 1. ἐς πόθον. P. 2. οἷς πόθον. Mur.

Nr. 163. εἰς μακρίνα την αδελφὴν τ μεγαλ βασιλ. Habetur infra iterum p. 698. Ap. Murat. p. 130. V. 1. ἔχει. P. 1. ἔχω. P. 2. Mur. V. 2. Μάκριναν. In nominis gratiam metrum violavit noster, mediam corripiens, ut in Αἴγινα. in Append. nr. 360. T. II. p. 871. in Κωνσταντῖνος et similibus. Vid. ad p. 317. nr. 700. — Nr. 164. εἰς θεοσέβιον ἀδελφὴν βασιλείου. Iterum legitur p. 698. Ap. Murator. p. 131. V. 1. καὶ σὺ θεοσσέβιον. P. 1. θεοσέβιον. P. 2. καὶ σύ γε θευσέβιον. Mur. V. 2. σύζυγε. Hinc apparet, quod olim negabatur, Gregorium magnum uxorem habuisse. De ea Epist. XCX. p. 846. D.

θεοσεβίαν τὴν ὄντως ἱεράν, καὶ ἱερέως σύζυγον καὶ ὁμότιμον, καὶ τῶν μεγάλων μυστηρίων ἀξίαν.

Nr. 165. εἰς γρηγόριον τῆς μρς ἀδελφῶ. Infra p. 698. Ap. Murat. p. 134. V. 1. μήτρως. P. 1. Murat. μήτρω. P. 2. V. 4. οὐδὲ κόνις. P. 1. εἴδε κόνις. P. 2. εἰσὶ κόνις. Cod. Paris. ἦδε κόνις suspicatur Murator. — *Nr.* 166. πρὸς τοὺς ἐν μαρτυρίοις τρυφῶντας. Ap. Murator. p. 203. quem vid. p. 245. de conviviis in martyrum honorem institutis. V. 2. In fine versus punctum ponendum. V. 3. οὔδε ἀθλ. P. Hiatum Gregorius reformidasse non videtur. V. 4. ἡ θρύψεις. P. V. 5. novum in Pal. lemma: πρὸς τοὺς ἐν μαρτυρίοις τρυφῶντας. V. 6. post θυλάκους comma omissum. — *Nr.* 167. In Cod. Pal. primum distichon cohaeret cum epigr. praecedente. Rectius haec divisa ap. Murat. p. 204. V. 1. ἡμῖν. P. Metri causa scripsi ἡμίν. Fortasse verba a librario transposita, quum esset: Μάρτυρες, ἡμῖν εἴπατ' ἀληθῶς. Nec tamen spernenda lectio, quam Murator. dedit ex Cod. Paris. et Ambros. — V. 3. ἀμείνους. Sic omnes, ut videtur. Non apparet, cur non scripserit Gregorius, πολλοὶ γὰρ ἀμείνονες ὧδε γένοιντ' ἄν. numeris melioribus. — V. 6. ἄλλοις. Fortasse δούλους scribendum, verbis sic junctis: τοὺς θεραπευτὰς γαστρὸς ὑπάρχειν δούλους; quid autem hoc esse dicamus, quod cultores vestri sese inebriant, et ventri serviunt? Tum δ' post ἀθλοφόρων delendum, quod etiam in Murat. Codd. non habetur. τῇ κοιλίᾳ δουλεύειν dixit S. Paul. ad Rom. c. VI. 18. ubi vid. Wetsten. τοῦ πίνειν δοῦλος. Aelian. V. H. II. 41. Vid. Bergler. ad Alciphr. I. 13. p. 55. Euripid. in Autolyc. ap. Athen. X. p. 413. ὅστις ἔστ' ἀνὴρ Γνάθου τε δοῦλος, νηδύος θ' ἡσσημένος.

Nr. 168. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murator. p. 206. junctim cum sequente. V. 2. ὦ 'γαθέ. P. et Cod. Ambr. ubi adscriptum glossema, ὦ ἄνθρωπε. — ὦ ἀγαθοί. Cod. Parisin. ὦ 'γαθοί. Mur. — *Nr.* 169. εἰς τοὺς αὐτούς. V. 2. φιλογαστορίδαι. In Cod. Ambros. φιλογαστριδίαι. — V. 4. οἱ δ' P. Mur. οὐδ' ἱερ. Cod. Ambr. — *Nr.* 170. εἰς τοὺς αὐτοὺς καὶ κατὰ τυμβωρ[χ]ῶν. Ap. Murat. p. 138. cum lemmate: εἰς τοὺς ἀνορύττοντας τάφους προφάσει μαρτύρων. Idem hoc epigr. fusius explicavit in Disquisit. III. pag. 258. sqq. Edidit, tamquam Anonymi, Mabill. in Eusebii Romani ad Theophil. Gall. Epist. de culta SS. Ignotorum. V. 1. Scholion in Cod. Ambros. ὦ τρισκατάρατοι καὶ τρισθάνατοι· πρῶτον μὲν ἐμίξατε σώματα ἀνάγνων 'νδρῶν τοῖς τῶν ἁγίων μαρτύρων σώμασι· τύμβοι δὲ βεβήλων θυοπόλων

πολλάκις μέσον ἔχουσι κείμενον. V. 2. ἀμφὶς ἔχουσιν. Vid. ad nr. 137. — V. 4. αὐτοῖς εἵματ' ἔχοντες. P. αὐτοὶ σήματ' ἔχοντες. Mur. Cf. nr. 105. v. 7. — V. 4. ἀπέδοσθαι. P. ἀπέδοσθε. Murat. Erant igitur, qui sepulcra, ob martyrum communionem illustria, aliis venderent, idque saepius. V. 5. καὶ τρίς. δὶς scribendum videbatur Muratorio, probabiliter. — ἱεροσύλοις. P. ἱεροσυλεῖς. Muratorius, quod verum videtur, nisi fortasse verba in hunc modum accipienda sunt: ἱεροσύλοις ἀποδόσθαι τοὺς μάρτυρας! Sed illud probabilius. — φιλεεκ. P. φιλέεις. Murat. De permutatione litterarum κ et ις vid. Porson. Advers. p. 115. ed. Lips. εἴξατε. P. Mur. ἥξατε tentabat Salvinius, probante Muratorio. Scripsi ἵξατε, quae aoristi forma frequens est ap. Homer. ἷξεν cum ἦξεν permutatum 'Ιλ. β. 667. ubi vid. Heyn. T. IV. p. 356.

Nr. 171. εἰς τοὺς αὐτοὺς καὶ κατὰ τυμβωρύχ. Ap. Murat. p. 139. junctim cum tribus sequentibus. In edit. nostra perperam excusum τυμβορύχων. quod vitium corrigendum etiam nr. 172. 176. 179. 180. V. 1. τόδ' ἀκούσατε. P. τόδ' ἀκούσατ'. Mur. V. 5. Sensus: si dixeris, impune hoc fieri, quod mortui, quae hic fiant, (τὰ ἐνθάδε) non noverint, hoc tum pro vero habebo, cum te filii defuncti contumeliam lento animo ferentem videro. — Nr. 172. εἰς τοὺς αὐτοὺς καὶ κατὰ τυμβωρύχ. Apud Murator. p. 139. junctim cum praecedente. V. 1. ἐρευγόβιοι. P. et Cod. Medic. ἐριγύβιοι. Murat. V. 3. λαιμοῖς. P. λαιμούς. Murat. Hoc reponendum, ut etiam v. 4. ἦρα φέρειν, pro ἱρὰ φέρειν. Nr. 175. δαίμοσιν ἦρα φέρειν. Cf. Quint. Smyrn. IX. 29. X. 462. et Heyn. ad Homer. T. IV. p. 151.

☧. Nr. 173. πρὸς τ ἀπὸ τ ἐκ τάφων λίθων ναοὺς οἰκοδομοῦν. Apud Murator. p. 139. junctim cum praecedentibus. V. 2. μνωομένος. P. μνωομένους. Murat. V. 3. βήματα. sacraria, adyta. Vid. DuCang. Gloss. p. 190. ἡμῖν. P. ἥμιν. Cod. Medic. et Paris. ἦμιν aut ἡμὶν scribere potuissem, ut nr. 167. ἄμμιν est ap. Mur. ex Cod. Ambr. — V. 4. μὴ δὲ τ. τύχῃ. P. μηδὲ τ. τύχοι. Murat. — Nr. 174. πρὸς τοὺς ἐν μαρτυρίοις τρυφωντ. Ap. Murat. p. 139. junctim cum praecedentibus. V. 3. αμούς. P. λαούς. Mur. Cf. DuCang. Glossar. p. 788. V. 4. νεκροκόμοισ. P. νεκροκόμοι. Mur.

Nr. 175. πρὸς τοὺς αὐτούς, ὅτι οὐ δεῖ ἐν μαρτυρίοις τρυφᾶν. Ap. Murat. p. 205. V. 2. θαλίας. P. et Cod. Medic. θυσίας. Cod. Ambr.

V. 3. λύσιν. istis epulis nos finem fecimus. V. 5. οἱ φιλόκωμοι. P. ὦ φιλόκ. Mur. Etiam illud bene habet. — *Nr.* 176. κατὰ τυμβωρύχων τ αυτ γρηγορίου τοῦ θεολόγου. Ap. Murat. p. 141. — *Nr.* 177. θαυμαστὸν περὶ τῶν ζ θεαμα. πρῶτον τει τὸ ἐν βαβυλῶνι σεμηραμε. B. ὁ εν ολυμπία ζεὺς χρυσοῦς σφυρηλα. γ. αἰγύπτ πυραμι. δ. οἱ ἐν κολόσσαις κῆποι. ε ὁ εν ἐφέσωι ναος τ αρ. ϛ ὁ ἐν ῥόδωι κολοσσ. ζ ὁ μαυσολοῦ τάφος. Ap. Murat. p. 142. V. 2. τύμβος. P. τάφος. Mur. V. 3. ἔσχον. P. ἔσκον. Mur. quod reposui. V. 4. ἀποτῆλε. P. ἄπο τῆλε. Mur. procul me super hos scopulos attollens. θέων. Antip. Sid. p. 366. nr. 52. Ἀρτέμιδος νεφέων ἄχρι θέοντα δόμον.

Nr. 178. In Cod. Pal. a praecedente non distinguitur. Diversum tamen epigramma, quamvis ejusdem argumenti. Ap. Murator. p. 143. separatim exhibetur. V. 1. ὅτε ἦν. fortasse ὅτ' ἔην. ut nr. 143. v. 4. — V. 4. ὧδε. P. ὡδε. Mur. δὲ τινάχθην. P. δ' ἐτινάχθην. Mur. rectius. — *Nr.* 179. τοῦ αὐτοῦ κατὰ τυμβωρύχων. πάντα ταῦτα εἰσὶ τοῦ θεολόγου. Ap. Murat. p. 143. V. 1. τόσου. P. τόσον. Cod. Medic. Vera lectio non fugit Muratorium. ₽. *Nr.* 180. κατὰ τυμβωρύχων. Ap. Murator. p. 144. — *Nr.* 181. εἰς τοὺς αὐτούς. Apud Murator. p. 144. V. 1. ὁσσάτεον. P. ὁσσάτιον. Cod. Medic. De longiore spatio, ut saepe apud seriores. De numero majore p. 156. nr. 80. ubi vid. — V. 2. οὐλομένας. P. οὐλομένυ. Murat.

Nr. 182. εἰς τοὺς αὐτούς. Apud Murat. p. 145. V. 1. τύμβον. P. τύμβων. Cod. Medic. V. 2. ἦν ἴδ' ὅσην. P. εἰ δὲ τόσην. Mur. V. 3. ἐρρήξατε. P. ἐῤῥήξατο. Cod. Medic. Recte. Poëta se corrigit. V. 4. λάζεσθε. P. χάζεσθε. Murat. — ἀναραισάμεθα. P. ἂν ἀρεσσάμεθα. Murat. qui ἀρεσσόμεθα legendum suspicatur; nescio quare. — *Nr.* 183. εἰς τοὺς αὐτούς. Apud Murator. p. 145. V. 1. ὥστε κακόν. P. ὦ τι κακόν. Murat. ex Cod. Medic. Neutra lectio vera. Vide an fuerit: αἴ, αἴ ἄχος τι κακὸν προτ. — *Nr.* 184. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murat. p. 146. V. 1. μαυσωλοῦ esse videtur in P. μαυσώλου. Murat. Vid. ad p. 366. nr. 58. v. 5. Κάρεσσι. prima contra constantem veterum usum correpta. Vid. ad nr. 93. V. 2. τυμβολέτις. P. τυμβολέτης. Murat. V. 3. Scr. Καππαδόκεσσιν. — *Nr.* 185. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murat. p. 146. V. 1. τεῖχος. P. Mur. τοῖχος scripsi ob ὄρθιος. Est autem pro *muro*, ut etiam alibi. — ὄρθιος. P. V. 2. λαγόνες, si vera est lectio, latera sunt muri, ut nr. 188. v. 4. latera sepulcri. Sed malim sane: ἐκ λαῶν δ' εἰς ἓν ἀγειρομένων. Murus fuerat ad montis

radices; illo diruto, ex saxis circumjacentibus sepulcrum in montis cacumine exstructum erat. V. 4. χρυσόφιλε σοιμε τίναξονόλον. P. χρυσοφίλοις οἵ μ' ἐτίναξαν ὅλον. Mur. Hoc reposui. Sed perperam excusum ἐτίναξον.

Nr. 186. εἰς τοὺς αὐτούς. Apud Murator. p. 147. V. 1. νεκρῶν ἰκρὰ πέλοι. P. νεκρὰ πέλοι. Mur. πέλοι servari posse existimabam. — μνήματος δ' ἀνεγείρατο. P. μνήματα, ὅς δ' ἀνεγείρει. Mur. Error in Cod. Pal. ortus ex scribendi compendio, μνῆμα ὅς. V. 2. τῇ κόνι. qui cineri, manibus sepultis, magnificum sepulcrum exstruit. De correptione terminationis ex contractione ortae vid. ad nr. 11. v. 5. Post κόνι comma ponendum. V. 3. ἐξαλαπάξει. P. ἐξαλάπαξεν. Mur. V. 4. οὐ μή. P. εἰ μή. Murat. De harum particularum permutatione dixi in Append. ad Porson. Advers. p. 311. s. ed. Lips.

Nr. 187. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murator. p. 147. V. 1. προς γὰρ ὧδε τό. P. πρὸ γὰρ ὤλετο. Murat. quod reposui. In praecedentibus verbis autem Cod. Pal. verissime, οὐκ ἐρέει. Cod. Paris. οὐκενέει. quod ab illo parvo apice differt. οὐ κενεῇ Murat. ex conjectura Salvinii. V. 2. ἀρχαίης σῆμα τόδ' ἐργασίης. optima lectio, quam corrupit Murat. cum Salvinio legens ἀρχαίη σήματος (hoc ex Cod.) ἐργασίῃ. V. 3. τίς δέ σ' ἐνήρατο. P. σ' non comparet ap. Murat. Distinctione versum juvare conatus sum. τὸ δέ; ad σῆμα referendum. V. 4. ἔχοι σκοτίην. imprecatio est: *pro auro habeat Orci tenebras!* Distinctionis nota post χρυσὸν neglecta, absurdum sensum effecit Italus editor.

P. *Nr.* 188. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murator. p. 148. V. 1. φέρεις. P. φέρει. Cod. Murat. πόδα σοι μετὰ ταῦτα. P. πόδα ἴσθι με ταῦτα. verissime Cod. Medic. V. 3. ἀλλιδοκήδῃ. P. ἰδοκήθην. Murat. — *Nr.* 189. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murat. p. 148. V. 2. νῦν αὖτε τάφον. P. νῦν τε τάφον. Cod. Medic. νῦν τε τάφοι. Murat. sensu parum expedito. Δηλήμονος non est *miseri*, sed noxii et malevoli. Quare scribendum suspicor: νῦν ἀντὶ τάφου δηλήμονος ἀνδρὸς Σῆμα πέλω. *nunc sum monimentum malitiae perniciosi hominis.* V. 4. εἰ παλάμαισι φιλοχρύσοισιν. P. ἢ παλάμῃσι φιλοχρύσῃσιν. Murat. Cf. nr. 213. v. 3. λώϊον ἢ παλάμῃσι φιλοχρύσοισιν ὀλέσθαι.

Nr. 190. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murator. p. 149. V. 1. κληνίδες. P. κληῖδες. Mur. V. 4. Alterum hemistichion, quod in Cod. Pal. omissum, supplevi ex Murat. — *Nr.* 191. εἰς τοὺς αὐτούς. Apud Murat. p. 149. V. 4. οἷον. P. οἶον. Murat. Illud verum. Irridentur enim οἱ τυμβωρύχοι, aurum quaerentes in sepulcro, quod nihil continebat

praeter ossa et cineres. — *Nr.* 192. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Ap. Murat. p. 150. prius tantum distichon legitur. V. 1. *πρός γε θεοῦ.* P. *πρός τε.* Mur. Fortasse scribendum: *πρὸς σὲ θεοῦ ξενίου λιτάζομαι.* Vid. ad p. 292. nr. 540. — V. 4. *ὁ δράσας.* priore male correpta, ut media in *ἔφυσας* ap. Nostrum Carm. XLIX. 1. T. II. p. 112. B. Carm. L. 21. p. 116. B. in *ἔκρινα* passim, v. c. Carm. II. 65. p. 43. C. Alias correxeris: *τοῖα πάθοις οἷ' ἔδρας.* De *οἷα* priore correpta vid. ad p. 139. nr. 501. v. 2. — *Nr.* 193. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Apud Murat. p. 150. In Cod. Pal. v. 3^tius^ praepositus vers. 2^do^, sed error litteris appictis emendatus. V. 4. *ταῦτ' εἰ λειΐξῃ.* P. *ταῦτα λιλαιομένῳ.* Murat. quod emendanti librario deberi videtur. Legendum suspicor: *ἤν τις ἐπέλθῃ, Ταῦτά τε ληΐξῃ, δώσ. ἀσπ.* si quis advenerit, corpusque sepultum et defuncti iram sibi rapere voluerit, libenter dabimus.

Nr. 194. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Ap. Murat. p. 150. V. 1. *οὐκ ἐφύλ.* P. Mur. Scribendum videtur: *οὐδ' ἐφύλασσες.* *si solus soli aurum dedissem servandum, tuque illud non servasses, pessimus sane esses.* Muratorius, interrogandi signo post *εἰλήφεις* posito, *ἦ κακός ...* edidit, hoc sensu: *nonne servasses depositum? Servasses sane, aut scelestus esses.* V. 2. voculas *ταῦθ' ὅ,* in Cod. Pal. omissas, suppeditavit Cod. Medic. — V. 4. *εἶπε.* P. *εἰπέ.* Murat. — *Nr.* 195. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Ap. Murator. p. 151. V. 2. *εἴασαν.* media iterum male correpta. Vid. ad nr. 192. v. 2. — *Nr.* 196. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Ap. Murator. p. 151. ubi ei prius distichon sequentis epigrammatis adhaeret. V. 2. *λέξει.* P. *δέξῃ.* Murat. *ἀγκαλέσεις.* P. *ἀγκαλέσει.* Cod. Murat. qui *ἀγκαλίσεις* edidit. Vera est lectio Cod. Palat. P. V. 3. post *τάφον* interrogandi signum pone; in fine tetrastichi punctum. V. 4. *τάλαντα, τῆς δίκης* sc. ut passim ap. Gregorium.

Nr. 197. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Apud Murator. p. 151. V. 1. *δίκη.* P. *δίκης.* Murat. quem vera lectio non latuit. V. 2. *ὤλεσας.* P. *ὤλεσας.* Mur. Nostram lectionem veram esse, apparet ex v. 3^tio^. V. 3. 4. Hi versus in Cod. Pal. cohaerent cum praecedentibus; ap. Muratorium cum sequente epigrammate. Peculiare epigr. efficiunt, ita tamen, ut ad praecedens distichon respondeant. Defunctus Terram a Justitia insimulatam excusat. V. 4. *τοῦτον ἔχω.* Haec commodum sensum non habent. Fortasse legendum: *τοῦτ' ἀνέχω.* hanc direptionem sc. et eversionem. Quamquam me non fugit, veteres et bonos scriptores hoc sensu *ἀνέχεσθαι* dixisse, ap. Gregorium tamen etiam *ἀνέχειν* *ferendi* et *sustinendi* significatione ferri posse existimo. Ad sensum bene haberet etiam: *καὶ φιλοκερδείης εἵνεκα λοιγὸν ἔχω.*

Nr. 198. εἰς τοὺς αὐτούς. Apud Murat. p. 152. junctim cum praecedente. V. 1. πρόςθε τάδ' P. πρόςθετα δ' Mur. — *Nr.* 199. Cohaeret hoc distichon cum praecedente in P. Inde sejunctum ap. Murat. p. 153. Ἐρινύες. Vid. ad p. 234. nr. 188. v. 5. — *Nr.* 200. εἰς τοὺς αὐτούς. In duo divisum exhibetur ap. Murat. p. 153. V. 1. ναὶ λήξατε. P. Quum ναὶ omissum esset in suo Codice, Murat. καὶ inseruit. V. 2. κεύθω. P. et Cod. Medic. κεύθειν Mur. ex vera correctione Salvinii. — τυμβολέται. P. et Cod. Medic. τυμβολέταις. Murat. c. Salvin. V. 3. 4. νεκρῶν καί. Sensus hujus distichi mihi minime expeditus. Suspicari licet: νεκροκόμων τάδε γ' ἐστὶ σοφίσματα. Sed vereor, ut hoc sufficiat. — *Nr.* 201. εἰς τοὺς αὐτούς. Apud Murator. p. 153. V. 1. τίς σ' ἄν. P. τί σ' ἄν. Murat. ἀντὶ τόσσοιο. P. ἀντιγόοντος. Murat. Ducta haec ex ep. Platonis p. 246. nr. 268. τόσον ἄγος τόσσου κέρδεος ἀράμενος. — *Nr.* 202. In Cod. Pal. prius distichon cohaeret cum praecedente; alterum separatim exhibetur cum lemmate: πρὸς τοὺς αὐτούς. V. 1. post νεκρῶν comma ponendum. V. 3. vocabulum τάφον omissum in Pal. accessit ex Murat.

Nr. 203. In duo epigrammata divisum in Pal. Junctim ap. Murat. p. 154. V. 1. βράσει ἐν εμοῖς. P. βράσειεν. Mur. V. 4. ἐπειχειρολήθη. P. ἔπι χεὶρ ὀλοή. Murat. — *Nr.* 204. πρὸς τοὺς αὐτούς. Ap. Murat. p. 154. V. 1. πνικα (η ι). P. ἡνίκα. Murat. V. 2. ὡς ἐσίδες. P. πῶς ἔσιδες. Mur. quod verum esse ex proximo versu apparet, ubi ὡς positum pro ἡνίκα. V. 3. ὡς δ' εἶδ' αὐτῶς. P. ὡς δ' ἐσίδες πῶς. Murat. Vestigia Cod. Palat. ὡς δ' εἶδες ostendunt. — ἢ τάχα κεῖν σε Τί σχέθον. P. ἢ τ. μέν σε Τῇ σχέθον. Murat. Dedi, ἢ τάχα κεῖνα (τὰ ὀστέα) Τῇ σχέθον. subaudito ἄν, quod in talibus interdum omittitur. Sed scribendum procul dubio: ἢ τάχα κέν σε Τῇ σχέθον. *sane te ibi retinuissent.*

Nr. 205. πρὸς τοὺς αὐτούς. Ap. Murat. p. 155. V. 3. τίνυυσθε θεός. P. τίνυυσθε ὅς. Mur. V. 4. ἡμῖν ὅσον. P. ὕμμιν ὅσον. Mur. — *Nr.* 206. κατὰ τυμβωρύχων. Apud Murat. p. 155. P. V. 3. ἤχω. P. ἠχώ. Mur. πύμα τήγορος. P. πυμάτης ὀπός. Murat. ὑστερόφωνον Ἠχὼ dixit Gregor. Carm. LXII. 153. T. II. p. 149. D. cum Satyrio Thyillo in Planud. nr. 153. T. II. p. 673. πυματηγόρος aliunde enotatum non invenio. — ἀντία χειρῶν. P. ἀντιαχείτω. Cod. Medic. quod nescio quomodo in editione nostra in duo vocabula divisum, ἀντία χείτω. Hoc per se non male habet; sed ἀντιαχείτω verius est. Ep. Theocr. p. 433. nr. 437. ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀντιαχεῦσαι Μέλπουσι. — V. 4. κτιόνων omissum in Pal. suppletur a Cod. Medic.

Nr. 207. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murat. p. 155. V. 2. ἐπισχήσει. P. ἔτι σχήσει. Cod. Medic. [In variis Lectt. editionis nostrae male excusum ἔτι σχήσει. P. Scr. *Mur.*] V. 3. χρυσός. P. χρυσοῦ. Cod. Medic. V. 4. ἐπέχειν. P. ἐπέχει. Cod. Medic. ἐπ' ἔχεις. Mur. ἐπέχειν vim habet imperativi: *jam omnibus rapaces intende manus.* — *Nr.* 208. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murat. p. 156. — V. 2. ἀπῆλθον ἔχων. quod ex omnibus bonis meis solum mecum abstuli. p. 522. nr. 99. καὶ διὰ τῶν θυρίδων ἔνθεν ἀπῆλθεν ἔχων. V. 3. τοῦτον τίς. P. τοῦτόν τις. Mur. *hunc, qui tumulum meum diripuit.*

Nr. 209. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murat. p. 156. V. 2. τίς δ' ἄν. P. τῆσδ' Murat. ex Cod. Medic. De sepulcro alto in alto monte exstructo agitur. V. 5. cum novo lemmate: εἰς τοὺς αὐτούς. Sejunctum hoc distichon a praecedentibus in Pal. Ap. Murat. rectius cum iisdem cohaeret. καμέ. P. καί με. Murat. πέρι καλλέα. P. περικαλλέα. Murat. V. 6. ἐλπισθίς. P. δεύτερα πάντα δίκοις. P. δεύτερ' ἅπαντ' ἀδ. Mur. — *Nr.* 210. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murator. p. 156. junctim cum praecedente. V. 1. ναυηγοῦ. P. ναυηγοῖο. Mur. V. 3. novum in Cod. lemma: εἰς τοὺς αὐτούς.

Nr. 211. εἰς τοὺς αὐτούς. Apud Murat. p. 157. V. 1. ἔπλεο θνητοῖς. P. ἔπλετο ἀνηλοῖς. Cod. Medic. ἔπλετ' ἀνηλοῦς. Murat. ex correctione Salvinii. — V. 2. χεῖρα φέρεις. ut nr. 235. οὔποτ' ἔδει τοίην χεῖρα φέρειν φθιμένοις. — ἀδικῶν. P. ἀδίκων. Cod. Medic. ἄδικον. Mur. V. 4. Scr. τῶνδ' ὕπο. — ταῖς μιαραῖς. P. ταῖς ἀλιτραῖς. Cod. Med. — *Nr.* 212. εἰς τοὺς αὐτούς. Apud Murat. p. 157. V. 1. παντὸ θανές. P. πάντ' ἔθανεν. Cod. Medic. — τί παίζομεν. P. quod verius videtur, quam lectio Cod. Med. ap. Mur. πάντ' ἔθανεν· νεκύεσσιν ἐπαίζομεν. — οὔ τί σ' ετ' αἰδ' ὥς. P. οὔτις ἔτ' αἰδώς. Murat.

Nr. 213. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murat. p. 158. V. 1. ἠέ. P. V. 2. δάψατε, vi transitiva: flammis consumendum date. Alibi flammae dicuntur δάπτειν. φλὸξ δ' ἀθρόα φάρμακ' ἔδαπτεν. Apoll. Rhod. IV. 666. Ἰλ. ψ. 182. Ἕκτορα δ' οὔτι δώσω Πριαμίδην πυρὶ δαπτέμεν. Sed vide an fuerit: ἠὲ πυρὶ θάψατε παντοφάγῳ. Philostr. Vit. Sophist. p. 601. ἐπὶ τοῦ Καλλίου, ὃς ἀπαγορεύει τοῖς Ἀθηναίοις πυρὶ μὴ θάπτειν. et sic saepissime. Vid. Hemsterh. ad Xenoph. Ephes. p. 203. ed. Locell. Boisson. ad Philostr. Heroic. p. 570. Aelian. H. An. X. 22. Βαρκαῖοι . . τῶν ἀποθανόντων νόσῳ τοὺς νεκροὺς ὑβρίζοντες . . . θάπτουσι πυρί. In idem incidisse Wesselingium nunc video ad Diodor. Sic. L. III. 55. p. 223. 42. ubi vid. — V. 3. φιλοχρύσοισιν. P. φιλοχρύσηισιν. Cod. Medic. Vid. ad nr. 189. v. 4.

P. *Nr.* 214. *τοῦτο εἰς τὸν κῦρ τάφ/ ἐγένετο ὡς ἠρύδοτ*. P. Ap. Murat. p. 158. V. 1. *κοῦρος*. P. *κῦρος*. Murat. V. 3. *ὡς δέ*. P. Mur. *ὧς δὲ* scripsi. Scribere potuisset Greg.: *ὡς σὺ τοσοῦτον Σ.* V. 4. *οἶξας*. P. *οἴξας*. Murat. Causa non erat, cur augmentum omitteretur. Et nr. 224. *ἀνῷξε* scriptum. — *Nr.* 215. *εἰς τοὺς αὐτούς*. Ap. Murat. p. 159. V. 1. *τάχ' ἄν*. P. *τάχα*. Murat. V. 3. *ὡς δέ*. P. Mur. Hoc quoque loco scripsi *ὧς δέ*. — *Nr.* 216. *πρὸς τοὺς αὐτούς*. Ap. Murator. p. 159. V. 2. *τίσῃς*. P. *ἀτίσῃς*. Murat. V. 3. *οὐ γὰρ οὗτος*. P. metro vacillante. Recte Cod. Medic. *οὐδὲ γὰρ οὗτος*. V. 4. *ἔνβατα*. P. *ἄμβατα*. Murat. *ἔμβατα* scripsi. Planud. Epigr. nr. 123. T. II. p. 662. *οὔποτε κερδαλέοις ἔμβατα ταῦτα λύκοις*. Ib. Damaget. nr. 95. T. II. p. 652. *ἔμβατος ὡς ἄν τοι καὶ Νεμέα τελέθοι*. Si *ἄμβατα* scripsit Gregorius, cogitasse videri potest de dicto Philippi Macedonis, quod refert Cicero ad Attic. I. Epist. XVI. Praeivit Sophocl. in Aload. fr. XI. *δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλῆστος ἔς τε τἄβατα Καὶ πρὸς τὰ βατά.*

Nr. 217. *πρὸς τοὺς αὐτούς*. In Cod. duo haec disticha sejunguntur; quorum alteri adscriptum *ὁμοίως*. Ap. Murat. p. 160. eadem junguntur, quod mihi videtur verius. V. 2. *λυσσήεις*. P. *λυσσείης*. Cod. Medic. V. 4. *γαιαναφθεῖσα*. P. *γαῖαν ἀφεῖσα*. Cod. Medic. Respicitur Arat. in Phaenom. 132. s. — *Nr.* 218. *ὁμοίως*. Ap. Murat. p. 160. V. 2. *πλεκτὸν υἱέϊ δόμον*. Media vox fortasse depravata. Equidem domum textilem, quam quis filio construxerit, non magis novi quam Muratorius. An scribendum: *πλεκτὸν Νηρεῖ τεῦξε δόμον*. i. e. navem. *πλέκειν* ut *texere*. Hesiod. Scut. Hercul. v. 63. *κόνις . . κοπτομένη πλεκτοῖσιν ὑφ' ἅρμασιν*. ubi vid. Heinrich. p. 126. et Graev. Lectt. Hesiod. c. XVII. Ovid. Heroid. XVI. 116. *Texitur et costis panda carina suis.* vid. Nic. Heins. ad Ovid. Metam. XIV. 531. Voces *πλεκτοννηρεῖ*, et *πλεκτονυιεῖ* in Codd. minimum discrepant.

Nr. 219. *πρὸς τοὺς αὐτούς*. Ap. Murat. p. 161. V. 4. *τύμβον θ'* (sic) *ἀναῤῥ*. P. *θ'* abest a Cod. Medic. — *Nr.* 220. *πρὸς τοὺς αὐτούς*. Ap. Murator. p. 161. V. 1. *'Ροδίοισιν*. ex Pindar. Ol. VII. 62. sqq. V. 2. *φέρεις*. P. *φέρει*. Murat. *ὡς κακ*. P. *ὅς*. Mur. V. 3. Inter hunc et praecedentem versum in Pal. spatium relictum, quasi novum epigramma inciperet. Sed jungenda haec esse apparet, ut est in Cod. Medic. V. 4. *τύμβος κ' ἐξ*. P. *ἢ ἐξ*. Murat. Ne quem offendant particulae *ἄν* et *κέν* in hunc modum junctae, sic etiam veteres usurpasse constat. Vid. Heyn. ad *'Ιλ.* XI. 187. T. VI. p. 156. Hermann. in Addend. ad Orph. p. XXIV. — *νεκύεσσι δ' ἀρηγός*. P. *ἀρήγοι*. Mur. ex Cod. — *Nr.* 221.

εἰς τοὺς αὐτούς. ὁμοίως. Ap. Murat. p. 162. V. 2. *ποῖα Δίκη.* Haec vix sincera, quum *ποία* esse deberet, posteriore syllaba producta. Hujus certe licentiae paucissima occurrunt exempla. Vid. ad p. 90. nr. 20. v. 4. Corrigere quis possit: *ταῦτα φιλοχρύσοις εὔαδε· ποῖα Δίκη; ἀνδάνει* scil. quamvis sic particula adversativa aegre careas. Aut: *ποῦ σύ, Δίκη;*

Nr. 222. cohaeret cum praecedente disticho in P. Rectius inde sejungitur in Cod. Medic. ap. Murat. p. 162. V. 2. *ἔκφυγον.* Cod. Medic. *ἔφυγον.* P. Medic. — *τίπτε.* P. *τί γε.* Murat. *τί με.* Cod. Med. Verum est *τίπτε*, pro *τί ποτε.* *quid, quaeso, auro pejus?* P. 615. nr. 3. *τίπτε τοι, ὦ τέκος, ἄλγος ἐπέχραον;* P. 667. nr. 12. *τίπτε δέ μοι χρέος ἀσχολίης πολυκηδέος ἀνδρῶν.* — P. *Nr.* 223. *πρὸς τοὺς αὐτούς. κατὰ τυμβωρύχων.* Ap. Murator. p. 162. V. 1. *ὑπέρ.* P. *ὕπερ.* Murat. *εἰσί τις ἔτλην.* P. *εἴ σέ τις ἔτλη.* Murat.

Nr. 224. In Cod. Palat. cohaeret cum praecedente. Ap. Murat. p. 163. inde separatum. V. 2. *ἴσον.* P. — *Nr.* 225. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Ap. Murator. p. 163. — *Nr.* 226. Hoc distichon in Pal. iterum male cohaeret cum praecedente. A Muratorio omissum. — *Nr.* 227. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Ap. Murat. p. 163. V. 1. *ἀποχάζεο.* P. *ἄπο χάζεο.* Mur. *Ὀδ. λ.* 95. *ἀλλ' ἀποχάζεο βόθρου.* — *Nr.* 228. In Pal. cohaeret cum praecedente. Peculiare est epigramma ap. Murator. p. 163. V. 1. *δειλήμονα.* P. *δηλήμονα.* Murat. Vid. ad nr. 189. v. 2. — *τάφον.* Medic. — *ἐώλπειν.* P. *ἐόλπειν.* Mur. — *Nr.* 229. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Ap. Murat. p. 163. Cum hoc disticho in Pal. cohaeret *Nr.* 230. quod ap. Murat. p. 164. cohaeret cum proximo tetrasticho, cui in Cod. Pal. adscriptum *εἰς τοὺς αὐτούς.* Secutus sum editorem Italum, re ipsa suadente. V. 1. *ἀλλεμέ ὤϊξεν.* P. *ἀλλά μ' ἔωξεν.* Murat. quod verum. V. 5. *δειφήτορες.* P. *διφήτορες.* Cod. Medic. *διζήτορες.* corr. Murat. Oppian. Hal. II. 435. *βυθῶν διφήτορες ἄνδρες.*

Nr. 231. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Ap. Murat. p. 164. V. 1. *ἔγειρα.* P. *ἔγειρε.* Medic. Cod. V. 2. *βάλλοι.* P. *βάλοι.* Cod. Medic. — *Nr.* 232. In Cod. Pal. cohaeret cum praecedente; separatim exhibetur ap. Murat. p. 164. V. 1. *ἐπέχραναν.* P. *ἐπέχραον.* Cod. Medic. V. 2. *φεύγετε ἐκ.* P. *δ'* interposuit Murat. quod non necessarium. Gregorii poëmata ejusmodi hiatibus scatent. — *Nr.* 233. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Ap. Murat. p. 164. — *Nr.* 234. cohaeret cum praecedente in Pal. Peculiare est epigr. ap. Murator. p. 165.

Nr. 235. *εἰς τοὺς αὐτούς.* Ap. Murat. p. 165. V. 2. *χεῖρα φέρειν.* pro *ἐπιφέρειν.* ut nr. 211. *ζῶσιν καὶ φθιμένοις χεῖρα φέρεις ἀδικῶν.* —

Nr. 236. cum praecedente cohaeret in Pal. Ap. Murator. p. 165. V. 1. ὠσαλαπαξας. P. ὡς ἀλάπαξεν. Cod. Murat. Scrib. ὅς δ' ἀλάπαξεν. V. 2. ἐμὸν θῆκεν πολλοῖς θῆκεν. P. — *Nr.* 237. ὁμοίως. Ap. Murat. p. 165. V. 2. φείδεοσ οὐ νέκυος. P. φείδεο οὐ νέκυος. Cod. Medic. versu ruente. Scripsi, φείδεο τοῦ νέκυος. De litteris σ et τ permutatis vid. ad p. 99. nr. 76. v. 5.

P. *Nr.* 238. πρὸς τοὺς αὐτούς. Ap. Murator. p. 165. male distinctum. — αὐτὸς ἔγωγε. tumulus sum, quem eruis, nihil aliud, i. e. id quod scrutaris, tumulus est. — *Nr.* 239. ὁμοίως. Ap. Murator. p. 165. — *Nr.* 240. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murator. p. 166. V. 1. εἰ λείην. P. εἰ λίην. Murat.

Nr. 241. ὁμοίως. Apud Murator. p. 166. V. 1. γύμνωσεν. P. γυμνώσει. Cod. Medic. — *Nr.* 242. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murator. p. 166. V. 1. ἠέ. P. ἦε. Cod. Medic. In Murat. Anecd. p. 182. in epigr. Gregorii in Philagrium: Εἰ μὴ σοι δέμας ἦε, Φιλάγριε, τόσσον ἀκιδνόν. Apud Homerum ἦεν semper scribitur. V. 2. ἄλλα. P. — *Nr.* 243. ὁμοίως. Ap. Murator. p. 166. — *Nr.* 244. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murat. p. 166. In fine distichi signum interrogandi ponendum. — *Nr.* 245. ὁμοίως. Ap. Murator. p. 166. V. 1. διέκερσας. P. διέπερσας. Cod. Medic. — ὡς. P. Mur. ὧς scripsi, ut supra nr. 214. 215. — διαρκέρσαι. P. διακέρσῃ. Cod. Medic. — *Nr.* 246. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murat. p. 168. V. 1. οὐκανέωξεν. P. οὐκ ἀνέῳξεν. Cod. Medic. Sensu jubente scripsi: οὐκ ἂν ἔῳξεν. *non aperuisset.*

Nr. 247. ὁμοίως. Ap. Murat. p. 168. junctim cum praecedente. — *Nr.* 248. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murator. p. 167. — *Nr.* 249. ὁμοίως. Ap. Murator. p. 167. V. 2. τωσ ετεμόντι λίθον. P. λίθος. Murat. — *Nr.* 250. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murator. p. 167. V. 1. τυμβῳ πολύς. tumulo dives i. e. magno sepulcro instructus. — *Nr.* 251. ὁμοίως. Ap. Murator. p. 167. V. 1. κἂν στῇς. an scribendum potius: κἂν τλῇς ... ὀρύσσων. — V. 2. ἔχει. P. ἔχω. Cod. Medic. — *Nr.* 252. εἰς τοὺς αὐτούς. Ap. Murator. p. 167. V. 1. πολύχρυσος h. l. pro πολυτελής, largiter instructus. Iis, qui saxa sibi cupiunt, dives est tumulus; caeterum nihil nisi cineres continet. — Male explicatur ap. Muratorium. — *Nr.* 253. ὁμοίως. Ap. Murator. p. 167. — *Nr.* 254. Sine lemmate in Cod. Pal. Ap. Murat. p. 168. V. 2. εὗρε. P. ηὗρε. Cod. Medic. — Τέλος τῶν ἐπιγραμμάτων τοῦ θεολόγου.

* * *

APOGRAPHI GOTHANI

QUEMADMODUM ID EXPRESSUM HABEMUS

IN EDITIONIS HUIUS TAM TEXTU QUAM COMM.

USQUE AD SECTIONEM DECIMAM QUARTAM

CUM IPSO CODICE PALATINO

DILIGENTER NUNC ITERUM COLLATI

ACCURATA CORRECTIO

EDIDIT

ADIECTIS PASSIM OBSERVATIONIBUS SUIS

PALAEOGRAPHICE CRITICIS

ANT. IAC. PAULSSEN D.

FAUTORI SUO OPTIMO

FRIDERICO WILKEN

VIRO

SICUT INGENIO ATQUE DOCTRINA

ITA HUMANITATE AC MORIBUS PRAECELLENTI

OB INSIGNEM ADVERSUS SE LIBERALITATEM AC BENIVOLENTIAM

GRATI ANIMI SIGNIFICANDI CAUSA

HAS TENUES PALAEOGRAPHICI STUDII PRIMITIAS

SACRAS ESSE VOLUIT

AUCTOR.

Prooemium.

Quaerenti mihi saepenumero, quid tandem causae esset, cur hominum genus industria longe acerrimum et subtilissimum, quod, paene dicam, ipsas litterarum atomos, si fieri possit, rimari conetur, verbo, cur philologi aut nihil plane uterentur, aut admodum parce duntaxat iis libris, quos ut fontes omnis doctrinae solidioris fere unicos atque purissimos adire debebant quam frequentissime: hoc inquam saepius mecum reputanti duae potissimum occurrerunt causae, quae plerosque viderentur, quominus debita illos cura et assiduitate versarent, inprimis prohibere. Namque permultis, si maxime velint, per extremam fortunae iniquitatem thesauros istos adeundi potestas non est facta, quoniam, qui possident eos, custodiunt, uti par est, auro gemmisque vigilantius; propterea quod, si ulla ejusmodi caro et raro libro macula adspergatur, aut si aliud quodpiam inferatur damnum, perinde est ac sublatus sit e corona regia pretiosissimus lapis; unde enim, quod sit dispendium factum, resarcias, nusquam temere reperitur. Haec igitur ratio multis haud dubie satis magnae et gravi est excusationi; at quam alteram rei causam subesse observavi, ea profecto non minus justam nonnullorum in se vituperationem habet. Sunt enim nimirum, qui ubi lectionem

quandam vulgatam sensui non satis convenire adverterint, spretis, quae praesto erant, membranis, de scripti illius incolumitate non melius se putent mereri posse, quam si probabili aliqua conjectura, quam inaniter vulgo certae et ingeniosae emendationis nomine venditant, afflictum orationis sensum non tam persanasse, quam aliquo saltem modo allevasse videantur. Qua in re, quod factu est sane stultissimum, litterarum similitudinis vel nullam omnino, vel certe perexiguam rationem habere consuerunt. Quos qui approbant collaudantque — divinum scilicet quiddam et summa admiratione dignum putatur, posse, quod eximius aliquis scriptor senserit, id, quolibet adjumento extraneo remoto, ex suo funditus concinente animo odorari, quin ipsum etiam, quo usus sit, verbum invenire — haud tolerabilius mihi desipere videntur, ac si pingendi quidam artifex, cui, ut pulcerrimae virginis simulacrum sisteret, demandatum sit, mallet, qua ista forma ac specie esset, ex parentibus aut propinquis accipere, quam nudae ipsius staturam ac vultum intueri. Eum enim videre velim, qui, quamvis perspiciat, quid sim dicturus, in summa linguae ubertate ac copia, et praesertim in oratione pedibus liberrima, quod quovis loco oporteat verbum ponere, cum aliqua saltem veri suspicione praestituere mihi possit. Quo nomine non possum quin duùm virorum praeclarissima studia praedicem, si modo praedicare id est, rem non assequi, sed comminuere dicendo, Jacobsii scilicet atque Passovii; quorum alter ut alias semper, ita in hac quoque novissima Anthologiae editione, quanti sit, religiosissime in divinando ipsa membranarum vestigia sequi, perquam lucide atque copiose perdocuit, alter cum doctissimis quibusdam amicis id jamjam operis instituit, ut quicquid accurata-

rum collationum descriptionumve codicum coacervare potuerit, in critico apparatu Vratislaviae brevi prodituro publici id juris faciat; cujus operis tomo primo, cum comparebit, inserere visum est *Παύλου Σιλεντιαρίου ἔκφρασιν τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας*, quam ex eodem Anthologiae praestantissimo codice omni, qua par est, cura ac fide descripsi. Quodsi saluberrimus ille mos, ex litterarum magis ductibus, quam ex vago quodam concinnitatis sensu conjecturas faciendi, mox latius, ut vehementer opto, propagetur et increbescat, hoc cumprimis videndum esse censeo, ne sic generatim praecepta ponantur, cujusmodi, exempli loco, hoc est: „has et has litteras, syllabas, voces saepissime in libris manuscriptis commutari," sed ut de quovis singulo potius codice, quaecunque in eo reperiatur litterarum syllabarumque affinitas, explanetur quam curiosissime. Nam unusquisque fere codex suam habet singularem ac propriam scripturam. A quo peccato ille ipse, quem honoris causa nomino, Cel. Jacobsius non satis ubique cavisse videtur; quod in tanto, tamque amplo viro eo liberius animadvertendum esse duxi, ne suprema ejus auctoritas multos, qui in ipsum suspiciunt, in eundem errorem inducat. Jam etsi non defore auguror, qui dummodo obiter hanc levidensem meam scriptiunculam adspexerint, frustra omnem operam consumtam esse clamitent in rebus parvulis atque minutis, tamen hoc leve istorum judicium assis non faciens, id etiam vanitatis addam, ut quantum in codice pervestigando studii navaverim, plene atque prolixe demonstrem. Primum igitur, antequam ad ipsum conferendi laborem me applicarem, hoc mihi faciundum fuit, ut quae uspiam de graecis codicibus praecepta palaeographica exstarent, cognoscerem et imbiberem universa; quid enim

absurdius poterat fieri, quam cum ne generales quidem membranarum virtutes cognitas haberes, ad unam aliquam singulam perscrutandam si dare te voluisses; quamquam sic facere quosdam video, existimantes procul dubio, cuncta, quae scire opus sit, sponte ipsum usum esse allaturum. Hoc igitur pacto via commode praemunita, ea primo comparavi, quae, cum paucissimas haberent contrahendi notas, lectu sane faciliora erant, illa videlicet, quae litteris exaravit secundus librarius. Haec postquam diligenter et operose contenderam, ad prioris scripturam me contuli, impeditiorem illam ob crebra variis modis efformata syllabarum compendia. Ex hac, quo ab omni lapsu tutior essem, itidem non tractavi nisi quae typis jam erant excusa. Tertio demum loco a contendendo progressus sum ad eruendum atque describendum, ea tamen cautione adhibita, ut quae tertii cujusdam librarii studio praefixa sunt Anthologiae epigrammata, multis iisque insolentioribus compendiis onerata, prius ne adorirer, quam descripsissem, quae ex primi membranarum scriptoris calamo fluxerunt, Pauli Silentiarii puta, quod superius commemorabam, elegantissimum poëma, et quaedam selecta Gregorii Nazianzeni epigrammata. Postremum denique omnium ad marginalia accessi, quae, quoniam hujus commentarii usurpandi tum temporis nondum copia erat, cuncta enotari oportuit. Atqui haec quum ipsis vocabulorum decurtationibus plurimum interpreti negotii facessant, tum ita negligenter ac defunctorie sunt scripta, ut quaevis propemodum singula vox difficillima sit conjectura expiscanda. Ex hac igitur enumeratione occupationum mearum, quibus accensenda etiam venit diligentissima commentarii lectio atque contentio, satis superque intelligere est, totum

illum, quem indefessus pertuli laborem haud sane mediocrem fuisse; quare, per me licet, rideant isti belluli atque laboris impatientes homunculi; me quidem certe, persuasissimum habeo, nunquam, quod studii et operae impendi, poenitebit. Jam quae fuerit hujus muneris obeundi occasio atque momentum, paucis accipitote. Per anni superioris aestivum semestre cum Heidelbergae commorarer, non tam doctrinae adaugendae causa, quam ut animum reficerem, bibliothecam cognoscerem et spectatissimorum hominum familiaritates contraherem, accidit forte fortuna, ut cum Ven. Vossio patre aliquando sermone collato, mentio injiceretur Summi Schweighaeuseri, quem ille magna cum delectatione sua in balneis Badensibus per plures deinceps septimanas quovis fere die convenisse ajebat. Hunc semel et saepius, sic ille narrabat, peracute conquestum fuisse de incredibili prorsus laudatissimi Spaletti in conferendis describendisque codicibus incuria. Quod Viri Celeberrimi dictum quum parum mihi probabile videretur ob laudes maxime eas, quibus extulerat istud caput in primi Anthologiae voluminis docta praefatione Ill. Jacobsius, confestim hoc mihi suscipiendum fore existimabam, ut ipsemet, quo tandem res se modo haberet, gnaviter et curate experirer. Cujus quidem rei tunc erat copia facta restituta cummaxime Heidelbergensibus vetustissima illa Anthologiae membrana, quam pridem jam Romam deportatam transtulerant admodum nuper gallici orbis praedones cum reliquis plerisque pretiosissimis rapinis Lutetiam Parisiorum. Id consilii ubi semel cepissem, non sum cunctatus cum viris duobus communicare, qui inter ceteros, quos Heidelbergae cognoveram, viros ornatissimos, inprimis mihi erant colendi et obser-

scribam. Ipsa membrana, quae antehac numerum XXXIII praeferebat, in praesentia numeratur codicum Palatinorum vicesimus tertius. Quod attinet ad ejus vetustatem, amplissimus editor argumentatione historia est assecutus, seculo fere decimo eam assignandam esse; quam conjectationem amplexari liceat nec ne per arabicas numerorum notas, quae singulis epigrammatis appictae fluxerunt certo certius ab ipso librario, historicorum est quaerere. Magna hercule antiquitas inde ei vindicatur, quod in plerisque ad amussim congruit cum veterrimo codice Palatino 398. Porro, ut nunc est membrana, progreditur non ultra paginam 614, qua fere media recentiori manu exstat scriptum ἰδὲ τὰ λοιπὰ ἐν κωδ. cum numero aliquo, qui temere memoria excidit. Heidelbergae certe, quae desiderantur, non reperi; proinde remanserint probabiliter aut Parisiis aut Romae. Codicis, quae proprie dicitur membrana, majorem partem ita est tenuis ac pellucida, ut nunquam vidi magis; qua ipsa de causa et in primis foliis epigrammata, et Pauli Silentiarii egregium carmen miserrime sunt lacunis foedata. Accentuum ratio per totum codicem longe est alia, quam quae hodie observatur; quapropter operae pretium me esse facturum arbitratus sum, si cujusque minimae diversitatis mentionem facerem. Nam cur vetustorum librorum, in quibus rebus sibi constant, minor sit auctoritas, quam hominum neotericorum, qui saepius hariolantur, quam ratiocinantur, equidem nullam video idoneam causam; cum iis autem, qui omnem de accentibus doctrinam Reizii ceterorumque praestantissimorum virorum industria ad liquidum perductam existiment, non modo nos non sentire, fatemur, sed adeo in ipsis etiamnunc incunabulis esse opinamur. Idem valet ad spiritus, in quos quam vim exhibuerint variae linguae dialecti, pro-

fecto nondum satis compertum habemus. Quae sint in libro nostro litterarum formae, quae syllabarum vocumque compendia, ab initio quidem, ut adjuvarentur hoc modo emendandi conatus, in animo fuit, ample et copiose enarrare; nunc vero multo satius est visum, ejusmodi omnia in aliud quoddam commodius tempus differre. Ex fide et auctoritate Cl. Uhdenii Doctissimus Editor in commentarii primordio alterius librarii manum recentiorem dixit; at certe immerito, satis enim argumenti est, eadem utrumque aetate fuisse, quod prior scriba hunc alterum passim correxit; de quo constat ex additamentis meis. Tres an quatuor diversos libri scriptores acciperem, initio parumper dubitavi; nunc sine haesitatione illam sententiam tueor. Nam quae pagina codicis 518 ad 524 primo adspectu quarto alicui librario adtribuenda esse videntur, ea, licet paulo sint negligentius ac remissius scripta, nihilo minus tamen eidem scribae adjudicanda censeo, qui in primis membranae foliis illa diversi argumenti epigrammata conscripsit. Quae secundus librarius litteris mandavit, lectu haud dubie longe sunt facillima, quocirca nonnisi perraro in his enotatam a me reperies lectionis varietatem. Admodum magnam codicis partem homo nescio quis, quem perperam vulgo correctorem appellant, dici vix potest quam male habuerit. De quo propterea quod Planudes plerumque eas lectiones tuetur, quas ab ipso librario positas iste nefarius homuncio pessumdedit, non injuria mihi suspicio esse nata videtur, post Planudem demum hunc perditissimum interpolatorem codici operam suam perversam atque inutilem navasse. Quodsi aliquoties concinunt ejus correctiones cum Planudis lectionibus, hoc inde facile oriri potuit, quod hujus epigrammatum collectionem ad manus habuerit, unde quicquid liberet, depro-

absurdius poterat fieri, quam cum ne generales quidem membranarum virtutes cognitas haberes, ad unam aliquam singulam perscrutandam si dare te voluisses; quamquam sic facere quosdam video, existimantes procul dubio, cuncta, quae scire opus sit, sponte ipsum usum esse allaturum. Hoc igitur pacto via commode praemunita, ea primo comparavi, quae, cum paucissimas haberent contrahendi notas, lectu sane faciliora erant, illa videlicet, quae litteris exaravit secundus librarius. Haec postquam diligenter et operose contenderam, ad prioris scripturam me contuli, impeditiorem illam ob crebra variis modis efformata syllabarum compendia. Ex hac, quo ab omni lapsu tutior essem, itidem non tractavi nisi quae typis jam erant excusa. Tertio demum loco a contendendo progressus sum ad eruendum atque describendum, ea tamen cautione adhibita, ut quae tertii cujusdam librarii studio praefixa sunt Anthologiae epigrammata, multis iisque insolentioribus compendiis onerata, prius ne adorirer, quam descripsissem, quae ex primi membranarum scriptoris calamo fluxerunt, Pauli Silentiarii puta, quod superius commemorabam, elegantissimum poëma, et quaedam selecta Gregorii Nazianzeni epigrammata. Postremum denique omnium ad marginalia accessi, quae, quoniam hujus commentarii usurpandi tum temporis nondum copia erat, cuncta enotari oportuit. Atqui haec quum ipsis vocabulorum decurtationibus plurimum interpreti negotii facessant, tum ita negligenter ac defunctorie sunt scripta, ut quaevis propemodum singula vox difficillima sit conjectura expiscanda. Ex hac igitur enumeratione occupationum mearum, quibus accensenda etiam venit diligentissima commentarii lectio atque contentio, satis superque intelligere est, totum

illum, quem indefessus pertuli laborem haud sane mediocrem fuisse; quare, per me licet, rideant isti belluli atque laboris impatientes homunculi; me quidem certe, persuasissimum habeo, nunquam, quod studii et operae impendi, poenitebit. Jam quae fuerit hujus muneris obeundi occasio atque momentum, paucis accipitote. Per anni superioris aestivum semestre cum Heidelbergae commorarer, non tam doctrinae adaugendae causa, quam ut animum reficerem, bibliothecam cognoscerem et spectatissimorum hominum familiaritates contraherem, accidit forte fortuna, ut cum Ven. Vossio patre aliquando sermone collato, mentio injiceretur Summi Schweighaeuseri, quem ille magna cum delectatione sua in balneis Badensibus per plures deinceps septimanas quovis fere die convenisse ajebat. Hunc semel et saepius, sic ille narrabat, peracute conquestum fuisse de incredibili prorsus laudatissimi Spaletti in conferendis describendisque codicibus incuria. Quod Viri Celeberrimi dictum quum parum mihi probabile videretur ob laudes maxime eas, quibus extulerat istud caput in primi Anthologiae voluminis docta praefatione Ill. Jacobsius, confestim hoc mihi suscipiendum fore existimabam, ut ipsemet, quo tandem res se modo haberet, gnaviter et curate experirer. Cujus quidem rei tunc erat copia facta restituta cummaxime Heidelbergensibus vetustissima illa Anthologiae membrana, quam pridem jam Romam deportatam transtulerant admodum nuper gallici orbis praedones cum reliquis plerisque pretiosissimis rapinis Lutetiam Parisiorum. Id consilii ubi semel cepissem, non sum cunctatus cum viris duobus communicare, qui inter ceteros, quos Heidelbergae cognoveram, viros ornatissimos, inprimis mihi erant colendi et obser-

scribam. Ipsa membrana, quae antehac numerum XXXIII praeferebat, in praesentia numeratur codicum Palatinorum vicesimus tertius. Quod attinet ad ejus vetustatem, amplissimus editor argumentatione historia est assecutus, seculo fere decimo eam assignandam esse; quam conjectationem amplexari liceat nec ne per arabicas numerorum notas, quae singulis epigrammatis appictae fluxerunt certo certius ab ipso librario, historicorum est quaerere. Magna hercule antiquitas inde ei vindicatur, quod in plerisque ad amussim congruit cum veterrimo codice Palatino 398. Porro, ut nunc est membrana, progreditur non ultra paginam 614, qua fere media recentiori manu exstat scriptum ἰδὲ τὰ λοιπὰ ἐν κωδ. cum numero aliquo, qui temere memoria excidit. Heidelbergae certe, quae desiderantur, non reperi; proinde remanserint probabiliter aut Parisiis aut Romae. Codicis, quae proprie dicitur membrana, majorem partem ita est tenuis ac pellucida, ut nunquam vidi magis; qua ipsa de causa et in primis foliis epigrammata, et Pauli Silentiarii egregium carmen miserrime sunt lacunis foedata. Accentuum ratio per totum codicem longe est alia, quam quae hodie observatur; quapropter operae pretium me esse facturum arbitratus sum, si cujusque minimae diversitatis mentionem facerem. Nam cur vetustorum librorum, in quibus rebus sibi constant, minor sit auctoritas, quam hominum neotericorum, qui saepius hariolantur, quam ratiocinantur, equidem nullam video idoneam causam; cum iis autem, qui omnem de accentibus doctrinam Reizii ceterorumque praestantissimorum virorum industria ad liquidum perductam existiment, non modo nos non sentire, fatemur, sed adeo in ipsis etiamnunc incunabulis esse opinamur. Idem valet ad spiritus, in quos quam vim exhibuerint variae linguae dialecti, pro-

fecto nondum satis compertum habemus. Quae sint in libro nostro litterarum formae, quae syllabarum vocumque compendia, ab initio quidem, ut adjuvarentur hoc modo emendandi conatus, in animo fuit, ample et copiose enarrare; nunc vero multo satius est visum, ejusmodi omnia in aliud quoddam commodius tempus differre. Ex fide et auctoritate Cl. Uhdenii Doctissimus Editor in commentarii primordio alterius librarii manum recentiorem dixit; at certe immerito, satis enim argumenti est, eadem utrumque aetate fuisse, quod prior scriba hunc alterum passim correxit; de quo constat ex additamentis meis. Tres an quatuor diversos libri scriptores acciperem, initio parumper dubitavi; nunc sine haesitatione illam sententiam tueor. Nam quae pagina codicis 518 ad 524 primo adspectu quarto alicui librario adtribuenda esse videntur, ea, licet paulo sint negligentius ac remissius scripta, nihilo minus tamen eidem scribae adjudicanda censeo, qui in primis membranae foliis illa diversi argumenti epigrammata conscripsit. Quae secundus librarius litteris mandavit, lectu haud dubie longe sunt facillima, quocirca nonnisi perraro in his enotatam a me reperies lectionis varietatem. Admodum magnam codicis partem homo nescio quis, quem perperam vulgo correctorem appellant, dici vix potest quam male habuerit. De quo propterea quod Planudes plerumque eas lectiones tuetur, quas ab ipso librario positas iste nefarius homuncio pessumdedit, non injuria mihi suspicio esse nata videtur, post Planudem demum hunc perditissimum interpolatorem codici operam suam perversam atque inutilem navasse. Quodsi aliquoties concinunt ejus correctiones cum Planudis lectionibus, hoc inde facile oriri potuit, quod hujus epigrammatum collectionem ad manus habuerit, unde quicquid liberet, depro-

mere posset. Planudes vero, ut videtur, ipse diversis Anthologiae codicibus est usus. Restat, ut de lineola illa superscripta, porro de sigla quadam in libro nostro longe creberrima, ac de signis denique iis commoneam, quae novum ordiri epigramma, commonstrent. Lineola supra litteras per aequum ducta, quae, prout ejus sedes permittat, ac sensus jubeat, vel *α* vel *ν* denotare potest, multis quoque aliis rebus inservit; nam etiam, cum litterae vim numerorum adsciscunt, superponitur; porro syllabam significat porrectam; tum litterarum consonantium facit reduplicationem; deinde unamquamque litteras elidendi rationem designat, quemadmodum exempli causa *Ὀμ̄ρω* est *Ὀμηρω, μ̄ρα μητερα, Χ̄ν Χριϛον*; postremo denique loco apud secundum librarium etiam vicaria spirituum est. Sigla in libro ms. creberrime obvia, quam doctissimus Editor in comm. bis terve ad summum lectorum oculis subjecit, effingitur vel sic: ÷ vel sic: ·/·. Varii ejus significatus hi sunt: Quando singulae cuidam litterae est superscripta, hanc vel falsam, vel addubitatam, vel denique male pictam esse indigitat; cum vero integrae voci aut praeposita, aut etiam altius, quam ut possit ad unam aliquam litteram referri, superposita est, illam ipsam vel pravam, vel dubiam, vel male diremtam, vel denique inusitatam et propterea parum perspicuam esse arguit. Si hoc sit, usu persaepe venit, ut ejus correctio vel explanatio in margine exstet. Probe autem ab hac sigla distinguendus est, qui eandem plane speciem praefert, deletus acutus; quem habes, verbi gratia, in voce *πατρο̑κτόνος*. Tria sunt, quae epigrammata separant, signa: lemma, numerus, et sigla, si novam licet huic vocabulo potestatem addere, initialis. Primum saepius redundat, quam deest; idcirco certius, si desit, non incipere, quam,

si exstet, vere incipere novum epigramma colligetur. Contrarium incidit in alterum et tertiam, quapropter diversa in iis ratio est ineunda. His ita leviter perstrictis, praefandi partes rite mihi explevisse possum videri; quibus enim rebus distet hic liber ms. a reliquis, quos oculis usurpavi, codicibus, in singulari mox libello perscribere est animus. Quae vero paucissima addenda sunt ad Pauli Silentiarii Ambonem, peraccurate nuper a Cl. Bekkero descriptum, adjungere lubet superius laudato apparatui critico. Quodsi exsistent, qui nimium velint de scriptionis meae pretio detrahere, ac praeterea me acrius et impudentius, quam decuerit, impugnasse dicant Jacobsium atque Bastium, viros sine controversia omni, quae quidem in mortales cadit, virtute insignes, ii hoc alterum, quaeso, concitatiori operae cursui attribuunto, qui nescit rebus modum afferre; de illo autem priore, licet cetera vere sentiant, id mihi tamen laudis derogare non poterunt, in quo primariam collationis meae palmam consistere arbitror, quod hominis tribus ad minimum seculis sequioris temerarias plerumque correctiones diligentissime sejunxi a sincera et genuina ipsorum librariorum scriptura. Quod viri docti ut lubentes agnoscant, nec multam ac variam doctrinam, qua prius propositum erat haec supplementa mea illustrare, indignabundi circumspiciant, etiam atque etiam rogatos volo.

Ubicunque reperias *Bast*, intelligas licet commentationem ejus palaeographicam, ubicunque autem *corr.* et *libr.*, de correctore et librario cogitare te volo. Verba haec *dele not. Jac. marg.* signo sunt, quae habeantur in codice sanissima, per descripto-

rem Spalettum vitiata esse, unde migraverint posthac in lectiones varias, quas Ill. Jacobsius textui supposuit. Siglam codicis paginae in calce libelli mei suo quamque loco restituendam curavi, quoniam, si semel ponenda erat, rectius haud dubie poni non poterat quam suo proprio loco. Ponenda autem certe fuit, quia rarius a librariis in summis paginis peccatum fuisse animadverteram, quam in mediis aut infimis.

I. *Χριϛιανικα επιγραμματα.*

In prooemio *εὐσεβῆ καὶ*) *εὐσεβῆ τε καὶ*. Ib. *ἀέλληνες*) *ἀέλληνες*, quod pro *ἀνέλληνες* dictum retinendum arbitror. Nr. 1. Ad vocem lemm. *κιβούριον* Cl. Ed. observat, formam *κιβώριον* usitatiorem esse. Quod, quando fani significatione accipienda est, vix crediderim. De qua re, sicuti de reliquis ejusdem vocabuli formis, vid. Etymolog. Vossii et Suic. thes. eccles.; quem posteriorem librum ad omnes fere christianorum scriptores graecos summo cum fructu consulendum esse, semel monuisse sufficiat.

Nr. 2. in comm. lemm. *ἄψιοι*) *ἀψίοι*. In textu v. 1. *Ἰουϛῖνος*) *Ἰουϛῖνος*. Cf. de hoc punctorum in vetustissimis ll. mss. superscribendorum more Bast p. 718. V. 4. *τεῦξέ μιν*) *τεῦξε μιν*.

Nr. 3. V. 1. *νηὸν*) Sic legitur in cod. Altera enim pars literae *ω*, quae prius scripta fuit, ab ipso librario radendo deleta. V. 4. *κρείσσονα τῆς προτέρης*) cohaerent in cod., nullo tenore apposito. Quem codd. fere omnium satis tritum morem verbo saltem attingere volui.

Nr. 6. in comm. lemm. *ἐν τοῖς σφορȝ.*) $\overset{\tau}{\text{εκ}}$ *σφωρȝ*. Mallem, V. D. $\overset{\tau}{\text{εκ}}$ per *ἐν τῷ* (sc. *χώρῳ*) interpretatum esse. *τοῖς* enim in libro nostro aut raro aut nunquam superscribitur, sed vel plene exaratur, vel eo compendio, quod exstat Bast. tab. aen. IV, 17. *Τὰ Ἀμαρτίου* Jac. interpretationi favere, neutiquam ignoro.

Nr. 7. in lemm. *ε ν̃ το λογαρ́*) *ἐκ̃ τὸ λογαρ̑*, quod esse videtur: *ἐν ᾧ τὸ λογάριον*. Ex *ἐκ̃* pro *ἐν ᾧ* circumflexum et iota adscriptum commode abesse posse, nota tachygraphica τ̃ pro *τῷ* affatim docet. In voce *λογαρ* confluxerunt superscripti tonus acutus et nota syllabae *ου*; litera *ι* vero aut evanuit, aut propter tenorem acutum vocis exitum satis prodentem omissa est. Ill. Jac. explicatio, quamvis sit multo doctior, non ita prope ad literarum vestigia accedit.

quandam vulgatam sensui non satis convenire adverterint, spretis, quae praesto erant, membranis, de scripti illius incolumitate non melius se putent mereri posse, quam si probabili aliqua conjectura, quam inaniter vulgo certae et ingeniosae emendationis nomine venditant, afflictum orationis sensum non tam persanasse, quam aliquo saltem modo allevasse videantur. Qua in re, quod factu est sane stultissimum, litterarum similitudinis vel nullam omnino, vel certe perexiguam rationem habere consuerunt. Quos qui approbant collaudantque — divinum scilicet quiddam et summa admiratione dignum putatur, posse, quod eximius aliquis scriptor senserit, id, quolibet adjumento extraneo remoto, ex suo funditus concinente animo odorari, quin ipsum etiam, quo usus sit, verbum invenire — haud tolerabilius mihi desipere videntur, ac si pingendi quidam artifex, cui, ut pulcerrimae virginis simulacrum sisteret, demandatum sit, mallet, qua ista forma ac specie esset, ex parentibus aut propinquis accipere, quam nudae ipsius staturam ac vultum intueri. Eum enim videre velim, qui, quamvis perspiciat, quid sim dicturus, in summa linguae ubertate ac copia, et praesertim in oratione pedibus liberrima, quod quovis loco oporteat verbum ponere, cum aliqua saltem veri suspicione praestituere mihi possit. Quo nomine non possum quin duùm virorum praeclarissima studia praedicem, si modo praedicare id est, rem non assequi, sed comminuere dicendo, Jacobsii scilicet atque Passovii; quorum alter ut alias semper, ita in hac quoque novissima Anthologiae editione, quanti sit, religiosissime in divinando ipsa membranarum vestigia sequi, perquam lucide atque copiose perdocuit, alter cum doctissimis quibusdam amicis id jamjam operis instituit, ut quicquid accurata-

rum collationum descriptionumve codicum coacervare potuerit, in critico apparatu Vratislaviae brevi prodituro publici id juris faciat; cujus operis tomo primo, cum comparebit, inserere visum est *Παύλου Σιλεντιαρίου ἔκφρασιν τοῦ ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας*, quam ex eodem Anthologiae praestantissimo codice omni, qua par est, cura ac fide descripsi. Quodsi saluberrimus ille mos, ex litterarum magis ductibus, quam ex vago quodam concinnitatis sensu conjecturas faciendi, mox latius, ut vehementer opto, propagetur et increbescat, hoc cumprimis videndum esse censeo, ne sic generatim praecepta ponantur, cujusmodi, exempli loco, hoc est: „has et has litteras, syllabas, voces saepissime in libris manuscriptis commutari," sed ut de quovis singulo potius codice, quaecunque in eo reperiatur litterarum syllabarumque affinitas, explanetur quam curiosissime. Nam unusquisque fere codex suam habet singularem ac propriam scripturam. A quo peccato ille ipse, quem honoris causa nomino, Cel. Jacobsius non satis ubique cavisse videtur; quod in tanto, tamque amplo viro eo liberius animadvertendum esse duxi, ne suprema ejus auctoritas multos, qui in ipsum suspiciunt, in eundem errorem inducat. Jam etsi non defore auguror, qui dummodo obiter hanc levidensem meam scriptiunculam adspexerint, frustra omnem operam consumtam esse clamitent in rebus parvulis atque minutis, tamen hoc leve istorum judicium assis non faciens, id etiam vanitatis addam, ut quantum in codice pervestigando studii navaverim, plene atque prolixe demonstrem. Primum igitur, antequam ad ipsum conferendi laborem me applicarem, hoc mihi faciundum fuit, ut quae uspiam de graecis codicibus praecepta palaeographica exstarent, cognoscerem et imbiberem universa; quid enim

absurdius poterat fieri, quam cum ne generales quidem membranarum virtutes cognitas haberes, ad unam aliquam singulam perscrutandam si dare te voluisses; quamquam sic facere quosdam video, existimantes procul dubio, cuncta, quae scire opus sit, sponte ipsum usum esse allaturum. Hoc igitur pacto via commode praemunita, ea primo comparavi, quae, cum paucissimas haberent contrahendi notas, lectu sane faciliora erant, illa videlicet, quae litteris exaravit secundus librarius. Haec postquam diligenter et operose contenderam, ad prioris scripturam me contuli, impeditiorem illam ob crebra variis modis efformata syllabarum compendia. Ex hac, quo ab omni lapsu tutior essem, itidem non tractavi nisi quae typis jam erant excusa. Tertio demum loco a contendendo progressus sum ad eruendum atque describendum, ea tamen cautione adhibita, ut quae tertii cujusdam librarii studio praefixa sunt Anthologiae epigrammata, multis iisque insolentioribus compendiis onerata, prius ne adorirer, quam descripsissem, quae ex primi membranarum scriptoris calamo fluxerunt, Pauli Silentiarii puta, quod superius commemorabam, elegantissimum poëma, et quaedam selecta Gregorii Nazianzeni epigrammata. Postremum denique omnium ad marginalia accessi, quae, quoniam hujus commentarii usurpandi tum temporis nondum copia erat, cuncta enotari oportuit. Atqui haec quum ipsis vocabulorum decurtationibus plurimum interpreti negotii facessant, tum ita negligenter ac defunctorie sunt scripta, ut quaevis propemodum singula vox difficillima sit conjectura expiscanda. Ex hac igitur enumeratione occupationum mearum, quibus accensenda etiam venit diligentissima commentarii lectio atque contentio, satis superque intelligere est, totum

illum, quem indefessus pertuli laborem haud sane mediocrem fuisse; quare, per me licet, rideant isti belluli atque laboris impatientes homunculi; me quidem certe, persuasissimum habeo, nunquam, quod studii et operae impendi, poenitebit. Jam quae fuerit hujus muneris obeundi occasio atque momentum, paucis accipitote. Per anni superioris aestivum semestre cum Heidelbergae commorarer, non tam doctrinae adaugendae causa, quam ut animum reficerem, bibliothecam cognoscerem et spectatissimorum hominum familiaritates contraherem, accidit forte fortuna, ut cum Ven. Vossio patre aliquando sermone collato, mentio injiceretur Summi Schweighaeuseri, quem ille magna cum delectatione sua in balneis Badensibus per plures deinceps septimanas quovis fere die convenisse ajebat. Hunc semel et saepius, sic ille narrabat, peracute conquestum fuisse de incredibili prorsus laudatissimi Spaletti in conferendis describendisque codicibus incuria. Quod Viri Celeberrimi dictum quum parum mihi probabile videretur ob laudes maxime eas, quibus extulerat istud caput in primi Anthologiae voluminis docta praefatione Ill. Jacobsius, confestim hoc mihi suscipiendum fore existimabam, ut ipsemet, quo tandem res se modo haberet, gnaviter et curate experirer. Cujus quidem rei tunc erat copia facta restituta cummaxime Heidelbergensibus vetustissima illa Anthologiae membrana, quam pridem jam Romam deportatam transtulerant admodum nuper gallici orbis praedones cum reliquis plerisque pretiosissimis rapinis Lutetiam Parisiorum. Id consilii ubi semel cepissem, non sum cunctatus cum viris duobus communicare, qui inter ceteros, quos Heidelbergae cognoveram, viros ornatissimos, inprimis mihi erant colendi et obser-

vandi, Creuzerum dico et Wilkenium; quorum uterque, simulac, quod institueram, exaudivisset, ita se facilem mihi et officiosum in ea re praebuit, ut profecto, qui dignas gratias referam, neque nunc habeam, neque unquam sim habiturus. Sic nimirum evenit, ut negotio illo rite transacto, nunc manibus teratis hanc leviculam scriptionem meam, quam simul et fidenter Vobis tradebam, et aliqua tamen ex parte paulo etiam timidius. Tametsi enim probe mihi conscius essem, nullum unum codicem pari unquam diligentia et animi attentione comparatum esse, ac multa sane haud spernenda commoda enasci oportere ex hoc libello meo splendidissimae sospitatoris Anthologiae, quae nunc absolvetur, editioni, tamen, quoniam operi adjungendus esset, quo equidem nihil novi ullo nomine perfectius neque politius, nihil sagacitate, doctrina, diligentia, urbanitate affluentius, fieri procul dubio non potuit, quin aliquo certe angerer premererque timore. Accedebant praeterea aliae quaedam causae, quae rem non leviter impedire videbantur, quarum prima, quae temporis brevitate voluminisque angustiis continebatur, valde me, haud diffiteor, sollicitum habuit; exponere enim perexiguo spatio quam plurima, res est non pauci temporis. Alterum, quod urgebat etiam obstaculum, in eo erat situm, quod multa, quae, ut penitus intelligerentur, ante ipsos legentium oculos necessario erant ponenda, culpa ac vitio rei typotheticae ne similiter quidem sisti poterant; cui, spero, litterarum incommodo pervulgatior mox lithotypia medebitur, quam hoc ipso jam tempore prudenter nonnulli in partes vocant. Postremo loco et illud haud parvo me afficiebat metu, quod in tanta laboris festinatione, ubi, dum oculus lectionum discrepantias undique colligeret, priusquam mens, quid scribendum esset, praeme-

ditari, auris, qui orationis foret sonus, examinare posset, manum continuo litteris oportebat reperta mandare, quod in tanta, inquam, festinatione, ut miseriarum cumulus adjiceretur, ea etiam lingua utendum esset, qua per integrum annum et eo diutius plane usus non eram. Pristinam enim scribendi facultatem, qua nunc me sentio validum atque pollentem, non recepi nisi per tres continentes dies nihil fere praeterquam Ciceronem legendo. Qui paucorum dierum usus tam facile mihi ac volubiliter currentem stylum effecit, ut singula qualibet hora, modo res sint in promptu, commodissime mihi profligare posse videar amplius binis foliis. Verumtamen ne hac dicendi copia ac facilitate me male abusum esse aliquis dicat ad futiliter garriendum, ipsam nunc, quae proposita est, rem tractabo. Quod si cui forte facere videbor nullo plane observato ordine, ejus rei culpam scito non tam mihi, quam ipsi disserendi materiae esse tribuendam, quae ita ab omni jucunditate est nuda atque destituta, ut accesserim ad eam non sine maximo fastidio. Annititur enim animus noster ad altiora, quae et ampliorem certioremque laudem pariant, et plus etiam vitae communi utilitatis afferant. Tamen, quod semel munus in me receperam, id strenue ac diligenter peragendum censui. De codice jam nostro, quae moneam in universum, haec habeo. Quotquot vidi Heidelbergae membranas vetustiores, ad unam omnes tachygraphice sunt scriptae, id est, ductibus liberioribus, grandioribus, certioribus. Una hujus Anthologiae libri ea pars, quam habemus a primo librario litteris consignatam, non tachygraphice, sed calligraphice est scripta, litteris admodum munde, minute ac nitide pictis. Idem pigmento, non fusco, quemadmodum plerique alii, sed paene flavo aut rutilo est usus; quo in genere socium habet tertium

scribam. Ipsa membrana, quae antehac numerum XXXIII praeferebat, in praesentia numeratur codicum Palatinorum vicesimus tertius. Quod attinet ad ejus vetustatem, amplissimus editor argumentatione historia est assecutus, seculo fere decimo eam assignandam esse; quam conjectationem amplexari liceat nec ne per arabicas numerorum notas, quae singulis epigrammatis appictae fluxerunt certo certius ab ipso librario, historicorum est quaerere. Magna hercule antiquitas inde ei vindicatur, quod in plerisque ad amussim congruit cum veterrimo codice Palatino 398. Porro, ut nunc est membrana, progreditur non ultra paginam 614, qua fere media recentiori manu exstat scriptum *ἰδὲ τὰ λοιπὰ ἐν κωδ.* cum numero aliquo, qui temere memoria excidit. Heidelbergae certe, quae desiderantur, non reperi; proinde remanserint probabiliter aut Parisiis aut Romae. Codicis, quae proprie dicitur membrana, majorem partem ita est tenuis ac pellucida, ut nunquam vidi magis; qua ipsa de causa et in primis foliis epigrammata, et Pauli Silentiarii egregium carmen miserrime sunt lacunis foedata. Accentuum ratio per totum codicem longe est alia, quam quae hodie observatur; quapropter operae pretium me esse facturum arbitratus sum, si cujusque minimae diversitatis mentionem facerem. Nam cur vetustorum librorum, in quibus rebus sibi constant, minor sit auctoritas, quam hominum neotericorum, qui saepius hariolantur, quam ratiocinantur, equidem nullam video idoneam causam; cum iis autem, qui omnem de accentibus doctrinam Reizii ceterorumque praestantissimorum virorum industria ad liquidum perductam existiment, non modo nos non sentire, fatemur, sed adeo in ipsis etiamnunc incunabulis esse opinamur. Idem valet ad spiritus, in quos quam vim exhibuerint variae linguae dialecti, pro-

fecto nondum satis compertum habemus. Quae sint in libro nostro litterarum formae, quae syllabarum vocumque compendia, ab initio quidem, ut adjuvarentur hoc modo emendandi conatus, in animo fuit, ample et copiose enarrare; nunc vero multo satius est visum, ejusmodi omnia in aliud quoddam commodius tempus differre. Ex fide et auctoritate Cl. Uhdenii Doctissimus Editor in commentarii primordio alterius librarii manum recentiorem dixit; at certe immerito, satis enim argumenti est, eadem utrumque aetate fuisse, quod prior scriba hunc alterum passim correxit; de quo constat ex additamentis meis. Tres an quatuor diversos libri scriptores acciperem, initio parumper dubitavi; nunc sine haesitatione illam sententiam tueor. Nam quae pagina codicis 518 ad 524 primo adspectu quarto alicui librario adtribuenda esse videntur, ea, licet paulo sint negligentius ac remissius scripta, nihilo minus tamen eidem scribae adjudicanda censeo, qui in primis membranae foliis illa diversi argumenti epigrammata conscripsit. Quae secundus librarius litteris mandavit, lectu haud dubie longe sunt facillima, quocirca nonnisi perraro in his enotatam a me reperies lectionis varietatem. Admodum magnam codicis partem homo nescio quis, quem perperam vulgo correctorem appellant, dici vix potest quam male habuerit. De quo propterea quod Planudes plerumque eas lectiones tuetur, quas ab ipso librario positas iste nefarius homuncio pessumdedit, non injuria mihi suspicio esse nata videtur, post Planudem demum hunc perditissimum interpolatorem codici operam suam perversam atque inutilem navasse. Quodsi aliquoties concinunt ejus correctiones cum Planudis lectionibus, hoc inde facile oriri potuit, quod hujus epigrammatum collectionem ad manus habuerit, unde quicquid liberet, depro-

mere posset. Planudes vero, ut videtur, ipse diversis Anthologiae codicibus est usus. Restat, ut de lineola illa superscripta, porro de sigla quadam in libro nostro longe creberrima, ac de signis denique iis commoneam, quae novum ordiri epigramma, commonstrent. Lineola supra litteras per aequum ducta, quae, prout ejus sedes permittat, ac sensus jubeat, vel *α* vel *ν* denotare potest, multis quoque aliis rebus inservit; nam etiam, cum litterae vim numerorum adsciscunt, superponitur; porro syllabam significat porrectam; tum litterarum consonantium facit reduplicationem; deinde unamquamque litteras elidendi rationem designat, quemadmodum exempli causa *Ὁμ̄ρω* est *Ὁμηρω, μ̄ρα μητερα, Χ̄ν Χριϛον;* postremo denique loco apud secundum librarium etiam vicaria spirituum est. Sigla in libro ms. creberrime obvia, quam doctissimus Editor in comm. bis terve ad summum lectorum oculis subjecit, effingitur vel sic: ÷ vel sic: ·/·. Varii ejus significatus hi sunt: Quando singulae cuidam litterae est superscripta, hanc vel falsam, vel addubitatam, vel denique male pictam esse indigitat; cum vero integrae voci aut praeposita, aut etiam altius, quam ut possit ad unam aliquam litteram referri, superposita est, illam ipsam vel pravam, vel dubiam, vel male diremtam, vel denique inusitatam et propterea parum perspicuam esse arguit. Si hoc sit, usu persaepe venit, ut ejus correctio vel explanatio in margine exstet. Probe autem ab hac sigla distinguendus est, qui eandem plane speciem praefert, deletus acutus; quem habes, verbi gratia, in voce *πατρὸ̂κτόνος*. Tria sunt, quae epigrammata separant, signa: lemma, numerus, et sigla, si novam licet huic vocabulo potestatem addere, initialis. Primum saepius redundat, quam deest; idcirco certius, si desit, non incipere, quam,

si exstet, vere incipere novum epigramma colligetur. Contrarium incidit in alterum et tertiam, quapropter diversa in iis ratio est ineunda. His ita leviter perstrictis, praefandi partes rite mihi explevisse possum videri; quibus enim rebus distet hic liber ms. a reliquis, quos oculis usurpavi, codicibus, in singulari mox libello perscribere est animus. Quae vero paucissima addenda sunt ad Pauli Silentiarii Ambonem, peraccurate nuper a Cl. Bekkero descriptum, adjungere lubet superius laudato apparatui critico. Quodsi exsistent, qui nimium velint de scriptionis meae pretio detrahere, ac praeterea me acrius et impudentius, quam decuerit, impugnasse dicant Jacobsium atque Bastium, viros sine controversia omni, quae quidem in mortales cadit, virtute insignes, ii hoc alterum, quaeso, concitatiori operae cursui attribuunto, qui nescit rebus modum afferre; de illo autem priore, licet cetera vere sentiant, id mihi tamen laudis derogare non poterunt, in quo primariam collationis meae palmam consistere arbitror, quod hominis tribus ad minimum seculis sequioris temerarias plerumque correctiones diligentissime sejunxi a sincera et genuina ipsorum librariorum scriptura. Quod viri docti ut lubentes agnoscant, nec multam ac variam doctrinam, qua prius propositum erat haec supplementa mea illustrare, indignabundi circumspiciant, etiam atque etiam rogatos volo.

Ubicunque reperias *Bast*, intelligas licet commentationem ejus palaeographicam, ubicunque autem *corr.* et *libr.*, de correctore et librario cogitare te volo. Verba haec *dele not. Jac. marg.* signo sunt, quae habeantur in codice sanissima, per descripto-

rem Spalettum vitiata esse, unde migraverint posthac in lectiones varias, quas Ill. Jacobsius textui supposuit. Siglam codicis paginae in calce libelli mei suo quamque loco restituendam curavi, quoniam, si semel ponenda erat, rectius haud dubie poni non poterat quam suo proprio loco. Ponenda autem certe fuit, quia rarius a librariis in summis paginis peccatum fuisse animadverteram, quam in mediis aut infimis.

I. Χριστιανικα επιγραμματα.

In prooemio εὐσεβῆ καὶ) εὐσεβῆ τε καὶ. Ib. ἀελληνες) ἀελληνες, quod pro ἀνέλληνες dictum retinendum arbitror. Nr. 1. Ad vocem lemm. κιβούριον Cl. Ed. observat, formam κιβώριον usitatiorem esse. Quod, quando fani significatione accipienda est, vix crediderim. De qua re, sicuti de reliquis ejusdem vocabuli formis, vid. Etymolog. Vossii et Suic. thes. eccles.; quem posteriorem librum ad omnes fere christianorum scriptores graecos summo cum fructu consulendum esse, semel monuisse sufficiat.

Nr. 2. in comm. lemm. ἀψίσι) ἀψίσι. In textu v. 1. Ἰουστῖνος) Ἰουστῖνος. Cf. de hoc punctorum in vetustissimis ll. mss. superscribendorum more Bast p. 718. V. 4. τεῦξέ μιν) τεῦξε μιν.

Nr. 3. V. 1. νηὸν) Sic legitur in cod. Altera enim pars literae ω, quae prius scripta fuit, ab ipso librario radendo deleta. V. 4. κρείσσονα τῆς προτέρης) cohaerent in cod., nullo tenore apposito. Quem codd. fere omnium satis tritum morem verbo saltem attingere volui.

Nr. 6. in comm. lemm. ἐν τοῖς σφορϛ.) ἐκ σφαιρϛ. Mallem, V. D. ἐκ per ἐν τῷ (sc. χώρῳ) interpretatum esse. τοῖς enim in libro nostro aut raro aut nunquam superscribitur, sed vel plene exaratur, vel eo compendio, quod exstat Bast. tab. aen. IV, 17. Τὰ Ἀμαντίου Jac. interpretationi favere, neutiquam ignoro.

Nr. 7. in lemm. ε ν̃ το λογαρ) ἐκ̃ τὸ λογαρ, quod esse videtur: ἐν ᾧ τὸ λογάριον. Ex ἐκ̃ pro ἐν ᾧ circumflexum et iota adscriptum commode abesse posse, nota tachygraphica τ̃ pro τῷ affatim docet. In voce λογαρ confluxerunt superscripti tonus acutus et nota syllabae ον; litera ι vero aut evanuit, aut propter tenorem acutum vocis exitum satis prodentem omissa est. Ill. Jac. explicatio, quamvis sit multo doctior, non ita prope ad literarum vestigia accedit.

Nr. 8. in lemm. ἀππ) Nullo pacto, quae Cel. Jac. opinio est, literae οτ in π depravatae sunt, sed, quum librarius initio tantum ἀππ scripsisset, ut numerum pluralem indicaret, postmodum perspicuitatis causa ω addendum censuit. Ejusmodi additamentorum exempla habes, ut pauca commemorem, ad lemm. ep. erot. 264. 270. Ep. Greg. 134. — Ib. εἰς) εἰς et ὁρμίδον) ορμιοδον. Illud esse plane non potest εἰς τήν, sed est potius εἰς τά, quod pro ἐν τοῖς accipi oportere, sat notum est. v. ad epitymb. 131. V. 5. καὶ) ita habetur quidem in cod. marg., at charactere recentiori. Alteram lectionem κάλλει nil nisi otiosam scioli cujusdam explicationem esse, eamque non singulae alicujus vocis, sed totius enunciati, nemo non videt.

Nr. 9. in lemm. βοθρεπτωι) In mentem venit corrigere βοθρώτῳ i. e. Βουθρώτῳ. Pluribus conjecturam meam adstruere, hic locus non est. Summam autem in quibusdam codd. similitudinem inter ωτ et πτ recensere, male praetermisit doct. Bastius. *)

Nr. 10. V. 20. βοάᾳ) Sic vere in cod., at tam parum distincte, ut a descriptore non curiosissimo facile potuerit pro βοάαν haberi. V. 22. ποῦ) Codicis lectio sincera videtur, et haud inepte defendi potest. V. 31. ἀμετρήτους) Cod. lectio mihi equidem praeferenda videtur. Subaudi: ἀεθλητῆρσιν s. ἁγίοις s. μάρτυσι s., quod proxime infertur, θεράπουσι θεοῖο. Ita exsistit comparatio vel potius antithesis longe aptior: Sanctis innumeris — tu sola. — In marg. cod. recte habetur περιγράφονται. V. 41. An Jac. conjectura ἐλαύνῃ tolerari possit, rei grammaticae peritiores videant; equidem nego. V. 42. in marg. post ναοῦ habes :~, quo signo a seqq. illa dirimuntur. Ib. τὴν ἀψῖδα)

[*) Bastii Commentatio Palaeographica non est iustum Palaeographiae corpus, sed complectitur tantum observationes palaeographicas, quas in notis ad Gregorium Corinth. itemque in Epistola Crit. ad Boissonad. eiusque Appendice sparserat, commodo ordine digestas novisque copiis auctas. Itaque fieri non potuit, quin plurima omitterentur in integro corpore palaeographico tractanda: id quod ipse vir praestantissimus in litteris ad me scriptis fassus est. Conf. quae scripsi in praefat. ad Gregor. Cor. p. XLIX. *G. H. S.*]

τ^Δ ἀψι q. d. τῶν ἀψίδων, quod possitne locum habere, nec ne, alii judicent. V. 47. in marg. ναοῦ) ναω. An terminatio attica (ἀποβολῇ τοῦ σ κλίνουσι. Gregor. Cor. p. 42.) cum forma vocis vulgari est mista? V. 51. βαθυῤῥίζοισι) βαθυρίζ. Sic centies in cod. nostro. V. 52. διώκων) διωκῶ. Ita haud raro lineola, literam ν quum denotat, nostro circumflexo, seu codd. notae tachygraphicae literae ω est similis. Pro ᾱ hunc in modum ductam non reperi. V. 68. Cod. lectio λίνεα, quam Ill. Jac. lenissime in δήνεα mutavit, ob antecedens verbum τοξεύω servanda videtur; sensus inde exit satis tolerabilis. V. 72. Non recordor, uter superscripserit λύσσαν; si corrector, alteram vocem tuendam existimo. Latet enim in ἔσβεσε λήθην argutia, ab ejusmodi poëtilla haudquaquam aliena. Nr. 11. in lemm. βασι) Hoc compendium alias nomen Βασιλείου s. Βασιλίου indicat. v. epp. 86 et 92. An τὰ Βασιλείου est regula S. Basilii, cui adhaesisse constat hos trigeminos Cosmas atque Damianos, ut foret εἰς τὰ i. q. ἐν τοῖς?

Nr. 12. V. 10. in comm. εἰ δ' ἐμὸν ἔργον) Voluit V. D. probabiliter, quod in textu dedit, ἐς. In scriptura codicis dubitare possis, utrum ἐς δ' an ὧδ' offerat scriba. Hoc si praetuleris, quum sequentia absque ullo lacunae vestigio cum his verbis cohaereant, paulo quidem durior, nec tamen plane rejicienda oritur constructio, deficiente verbo substantivo. Ea autem, quae Jac. tanquam novum lemma novo epigrammati Nr. 13. assignavit, neque sigla initiali neque numero additis, in margine leguntur. Proinde haec duo poëmatia unum puta.

Nr. 18. in lemm. Βαήν) fort. βαύκην s. βαύκαλιν.

Nr. 19. V. 3. θεοῤῥήτοιο) θεοῤῥητοιο (superscr. υ). Quod superimpositum est, interpretamentum sapit.

Nr. 28. V. 3. ἑαῖς χερσί) ἑαισ χερσι. Jac. χείρεσσι proponit. Perbene; librarii enim saepissime aliarum dialectorum formas in atticas depravaverunt, quoniam hae ipsis notiores essent; v. Reiz. de pros. gr. acc. incl. p. 7. pr. Verum nonne ductus literae σ in voce ἑαισ praelongus syllabam σιν significare potest? Vid. Bast. tab. II, 14.

Nr. 32. V. 3. Jac.: Saepenumero permutatur καὶ cum η. Hoc verissimum, sed in nostro l. ms. καὶ eo compendio non scribitur, quo possit cum η commutari. At ea similitudo fortassis in archetypo obtinebat. v. Greg. Cor. p. 384. Bast. 815.

Nr. 54. in lemm. comm. εις αν) Interpretare: εἰς τὸν αὐτόν, non, quod Jac. dedit, εἰς τὴν αὐτήν, quippe quum non eadem, sed diversa, fuerit imago. V. 4. κρείσσονι) κρέσσονι.

Nr. 47. V. 1. μεγασθενὲς) μέγα σθενος a prima manu; sed a manu secunda lineola copulatrix addita, et ο in ε transformatum.

Nr. 52. in lemm. ἤγουν) ἤτουν. Sic non raro in Anthol. cod. Cf. Greg. Cor. p. 876. V. 2. καὶ ἐς) Imo, quod Jac. praeoptat, τε καὶ ἐς, reperitur in cod.

Nr. 60. V. 1. Μωσῇ) Μωσῆς.

Nr. 65. V. 2. θυσίαν) θυσίην. Nr. 75. dele notam Jac. marginalem. Cod. rectissime habet σαμαρειτιν. Nr. 84. V. 1. in not. marg. Jac. dedit ἀθάνατοι. In cod. ἀθανάτοι. Nr. 93. V. 1. in comm. Jac.: λεύσων, ut saepius. Rectius dixisset: ut, si duo tresve locos excipias, semper. Nr. 99. V. 2. dele notam marginalem. Nr. 101. in lemm. χριστιανὸν) χριστινιανόν. Nr. 106. V. 16. in marg. cod. τ[3] χρυσοτρικλ. i. e. τῆς χρυσοτρ. In Jac. comm. male τοῦ χρυσιτρ. Nr. 109. in lemm. εἰς τὴν πηγην) non sunt librarii, sed ab alio quodam, aequali tamen, addita. V. 2. Κωνσταντ.) Κωνταντ. Nr. 107. dele not. marg. Jac. Cod. lectio convenit enim plane cum ea, quam typis habemus in textu expressam, praeterquam quod deest, ut saepissime, iota adscriptum. Nr. 116. V. 3. dele not. Jac. marg. Spaletti enim perperam pro tenore acuto spiritum dedit; et cohaeret vox, nec dissoluta est, qualem in comm. exhibuit V. D. Nr. 118. V. 1. κακῶν) πάθων. Ob hoc unum peccatum apographi auctor satis magno jam jure supinae negligentiae incusaretur. V. 7. προσφόρων) προσφορ i. e. προσφορως. Nr. 119. V. 25. dele not. Jac. marg. Nr. 123. V. 3. ὑμνοπολοῦσι) ὑμνοπολοῦσαι. Vix bis terve in usu literae paragogicae concinere adverti librarios ms. nostri cum Cel. Jac.

II. Χριστοδωρου εκφρασις.

V. 39. δ' ἐβιάζετο) δὲ βιάζετο. Ita creberrime uterque codicis scriba augmentis syllabicis verba privat, ubi Ill. editor adjicit. Uter rectius, sub judice lis est. V. 70. ἠρεμέουσα) ἠρεμοῦσα. V. 71. Litera ν finalis in voce ἀναψαμένην rec. char. V. 72. τριποδηλάλος) τριπο-

δήλαλος. Etiam hoc τονώσεως praeceptum, ut multa alia, saepissime migrant cod. nostri scribae. V. 103. in Jac. not. marg. codex ῆ habere dicitur. Hoc loco tenoris ductus valde dubius est; sed facile concedam, ita a libr. scriptum esse; in universum enim contendi potest, nostri cod. scribas in tota accentuum ratione admodum fluctuari, neque in una aliqua re sibi satis constare. V. 121. in lemm. πυθαγόρου) πυθαγορ̄. V. 110. ῥαθάμιγγας) ῥαθάμιγγος. V. 117. ὅτι) ὅττι. Qua in re saepissime peccatur; h. l. ab editore, multo saepius a librariis. V. 128. in comm. τικτόμενοι) τικτομένοι. V. 131. in lemm. δημοκρίτου φιλ) δημοκρίτου τοῦ φιλ. Ad v. 139. habes in marg. cod. ἕως ω △/. V. 144. in comm. λάμπον) λάμπο ν. Altera literae ω pars injuria temporis abolita. V. 159. φαίνειν) Fuit ab initio φαίνων in cod. scriptum; ipse tamen librarius postmodum correxit. V. 180. δακρυχέουσα) δάκρυ χέουσα. V. 183. φᾶρος) φάρος, quemadmodum in his talibus solet librarius. V. 192. πύῤῥος) πῦρρος. V. 196. in comm. λευσων) Nullum in cod. σ superscriptum. V. 199. κρήδεμον) κρήδεμνον. V. 200. in cod. marginali ἀπόπλω) ἀποπλῶι. V. 204. ἤ ποτε) ἢ ποτὲ. Ib. γενετῆρα) γενετῆρας. V. 209. ὀβριμόθυμος) ὀβρίθυμος. V. 226. in comm.: γυιοτέρους esse videtur in P. imo, vere est. V. 241. in lemm. χαριδήμου) χαριδήμου recte. V. 256. γητορος in lemm. per vitium typotheticum pro ῥήτορος. V. 271. in lemm. item per vitium typotheticum τελαμωνιαδ i. e. ος, pro τελαμωνιαδ i. e. ου. V. 283. in comm. τριποδήλαλος) imo rursus, ut supra, τριποδήλαλος. V. 270. dele not. Jac. marg. V. 288. χρυσῆν) χρυσῆν. V. 314. in Jac. not. marg. ῆι) ῆι. V. 323. ἔσαξε) ἔσαξε. V. 334. in cod. marg. κρείττων) κρεῖττον. V. 340. ἐν ἐκείναις) ἐνὶ κ. V. 344. in cod. marg. θαυμαςὸν) θαυμας q. d. plerumque θαυμαςός. V. 351. in lemm. φιλοσοφου φερεκυ) φιλοσοφου φερεκυ. V. 358. in comm. πολυσσοῖχουσιν) πολυσσούχοισιν. V. 367. dele not. Jac. marg. V. 379. ὅσσα περ) ὁσσά περ ex more cod. V. 394. dele not. Jac. marg., pariter ac v. 406 et 410. V. 409. παρ' ἠόσι) παρήϊος. V. 414. in lemm. διαλεκτ) i. e. ων. At in cod. recte διαλεκτ i. e. ω.

III. *Επιγραμματα εν Κυζικωι.*

In cod. marg. *περγαμηνῶν*) *περγαμηνῶν*. N. 2. V. 4. in comm. *εὐ πεδίον*) *ἐς πεδίον*. Harum literarum confusio solennis. Nr. 3. V. 3. *ὄττι περ*) *ὄττίπερ*. Ib. *ματρός*) *μητρός*. Nr. 4. In marg. *ὁ τέταρτος πίναξ τοῦ αὐτοῦ στυλοβάτου*. Ergo plura in una columnae basi anaglypha. Quae verba Spaletti festinanter praetervolaverit, an Jac. de industria praetermiserit, ignoro. V. 4. *γαμετὰν*) *γαμέταν*. Nr. 5. In cod. marg. habes: *περὶ τοῦ πέμπτου πίνακος*, et hunc in modum deinceps *περὶ τοῦ ἕκτου*, *ἑβδόμου* ˇ*θ*. Nr. 6. in tit. dele not. Jac. marg. *ἐπιφανής*. In cod. enim habes: *επιφαν* (s supra), quod tam syllabam *εις*, quam *ις* et *ης* significat. Hoc postremum tamen vulgo hac nota significatur. In comm. recte Jac. *ἐπιφανεῖς* in orationis contextu a librario scriptum ait. V. 1. *ὀλκοῖς*) *ὀλκοῖς* ex cod. more. Nr. 7. in tit. *Ἀμφίονος*) *Ἀμφίωνος*. Ib. *Δίρκην*) *διόρκην*. et *ὅτι*) o (τ supra). V. 2. *τάνδ'*) *τάνδ'*. Nr. 8. tit. Dele not. Jac. marg. Ib. *Οδυσσέως*) *Οδυσέως* et *Ἀντικλείαν*) *Ἀντίκλειαν*. Nr. 9. in tit. *Πελίας*) *Πελίας*. V. 3. Dele in not. Jac. marg. *ἔρκεσσιν* et. Nr. 10. In marg. legitur: *περὶ τοῦ δεκάτου πίνακος καὶ τῶν ἐν αὐτῷ γεγραμμένων*. In tit. *χρυσῆν*) *χρυσῆν*, ut semper. Nr. 15. V. 4. *λίνα*) *λῖνα*. V. 5. in novo lemm. *βελλεροφοντ*) (o supra) i. e. *ος*; at recte reperitur in ms. τ (with ˘ supra) i. e. *ον*. Nr. 18. in tit. *Ἐν τῷ*) *ἐν δὲ τῷ*. Ib. *σκεῦος*) *σκευος* (τ supra). Nr. 19. in cod. marg. *ῥὴμ*) (υ supra) *ρημ* (ευ supra).

IV. *Τα προοιμια των διαφορων ανθολογιων.*

In cod. marg. *εἰς κεφαλ͞ε διφ°*) *εἰς κεφαλ͞ς Δφ°* (ʒ infra), quae Jac. recte interpretatur. Ib. *ἐν κώτῃ*) *κώτῃ*. V. 9. *ἀναμὶξ πλ.*) *ἀναμίξ πλ.*, quae toni erectio non temere librario excidisse putanda est. V. 15. *Λεωνίδεω*) *Λεωνίδεωι*. V. 19. *τύμνεώ τ'*) *τύμνεω τ'*, ita ferente prioris librarii more. V. 26. in scholio marginali paene omnia scripturae compendia per typorum defectum ac typothetarum incuriam pessime deformata; ex his enumerabo tantummodo, quae sanari possunt. *μελάνιπ π*) (o supra) *μελάνιπ π* (o supra); tum *μενεκρα*) *μενεκρα* (τ supra). porro *νικνετος*) (τς supra) *νικνετος* (ʒ infra)

i. e. *Νικαίνετος*. deinde *πολύκλῇ*) Quae sit hujus nominis in cod. nota compendiaria, non recordor; sed est Polycleti nomen (*Πολύκλειτος*). Ib. *ἑαυτοῦ ἐμνημόνευσεν*) *ἑαυτὸν ἐμν*. V. 42. *'Αντιπάτρου*) *'Αντιπάντρου*. V. 46. *Σικελίδεω τ'*) *σικελίδεω τ'*. V. 53. *τὴν*) *τὰν*. Nr. 2. in scholio marginali alterum *'Αντιπάτρου* circumscribe. *ἀντιφάν* i. e. *ου*; in libro rectissime *ν* i. e. *ους*. V. 13. *Εὐήνῳ*) *'Ευηνῷ*. Nr. 3. in scholio marginali *ταῦτα ἐπιγράμματα*) *ταῦτα τὰ ἐπ*. V. 4. *κάθησθε*) *καθῆσθε*. V. 35. *οἰκόθεν*) *οἴκοθεν*. V. 62. *νύμφη*) *νύμφηι*. V. 70. *λύσσαν*) *λῦσσαν*. V. 74. *χῶρός τις*) *χῶρος τίς*. V. 80. *'Ινδῴης*) *ἰνδώης*. V. 88. *'Εσχατίην*) *ἐσχατιήν*. V. 114. bis scriptus in cod., sed altera vice a manu neoterica. V. 117. Quod in nota Jac. marg. superpositum est, charactere recentiore, colore multo atriori est scriptum. In seq. poëmatii *τοῦ αὐτοῦ* ad v. 5. scholio marginali *ἐπακολουθεῖ*) *επακολούθει*. Ib. *αὐτὴν*) *αὐτάς*.

V. *Επιγραμματα ερωτικα.*

Nr. 2. in lemm. *ἑταίραν*) *ἑταῖραν*, ut rarissime. V. 6. *ἔχων*) Litera finalis ab aliena manu, nigriori atramento, in spatio angustissimo allita. Nr. 3. in lemm. *θεσσαλ.*) *θεσαλ.* Nr. 4. V. 5. *Ξανθώ, με*) Accentus cum pronomine aliena manu add. Nr. 5. V. 3. *παρά*) *πάρα*. Jac. recte monet, hujus ep. duo postrema disticha bis esse in cod. scripta a diversis manibus. Nimirum, quoniam in cod. inter haec et priora nonnihil spatii a librario relictum fuerat, quo fortassis alios huc pertinentes versus ponere animus erat, quos in archetypo certe nondum dignoscere poterat, nasutulus quis his ipsis iterum scribendis male ludibundus chartam implevit; a caetera scriptura ita differunt, ut sint velocius, fuscius, minutius, angustius scripti. Nr. 6. Et in lemm., et v. 1. *καλλίγνωτος* codex praebet. Nr. 9. in lemm. *τ οὑτ καλουμεν*) pessime a typothetis, nisi ab ipso forte descriptore, corrupta. In cod. *τὴν οὕτω καλουμένην*, ratione compendiaria exarata. Nr. 12. V. 3. dele not. Jac. marg., est enim in cod. lineola literam *ν* significans superimposita. Nr. 13. V. 1. Librarius rectissime scripserat *χαριτῶ*. postea corr. inde fecit *χαριτῶ* (superscr. *τη*). Nr. 17. V. 4. ad not. Jac. marg. Terminatio *ης* a corr. orta, librarius exaraverat *οις*. Nr. 18. in lemm.

τ3
ερω προκρίνοντος) ἐρωτικον προκρινον τας. Sic bene. Nr. 20. V. 1. οὔτε με) οὐτέ με. Nr. 22. V. 3. αὐτοθελῇ) αὐτοθελή. Nr. 26. V. 1. εἴτε σε) εἰτέ σε. Nr. 27. V. 1. σοί) σοι. Nr. 29. V. 1. ὅταν) ὅ 'ταν. Nr. 28. V. 3. ἠφάνικάς σου) ἠφανικάς σου. Haec parsimonia in accentibus creberrima. V. 25. in comm. μὴ κέτι) ut etiam alibi saepissime. Rectius ita: μὴ κ ἔτι, quemadmodum in libro nostro constanter. Nr. 30. in lemm. θεσσαλ.) θεσαλ. V. 5. ἦν) ἦν ex cod. more. V. 6. πλοῦτον) A libr. fuit πλουτοι, quod a corr. mutatum in terminationem ον vel ου. Per hunc corrigendi conatum non amplius, quid ipse voluerit, quid librarius exhibere, conjectura certa licet assequi. Nr. 31. V. 6. ad Jac. not. marg. χρυσοῦ) χρυσοῦ; emendate igitur. Nr. 37. in lemm. ὁμοι) ὁμοί i. e. ὁμοίως. Nr. 38. V. 3. In textu ἦν μέν; in marg. atriori pigmento, recentiori literarum ductu ιρ η. Nr. 40. V. 7. ἦν) ἄν. Nr. 41. in lemm. περὶ τιν) πρὸς τιν i. e. τινά. Nr. 43. V. 1. γυμνήν τις) γυμνὴν τίς. Nr. 42. in lemm. πόρνας) πορναν. Nr. 44. in lemm. τὰς ἑταίρας) τὴν ἑταῖραν. Ib. μικρὸν exstat in cod. Nr. 50. V. 1. μοι superscr. rec. char. Nr. 48. V. 6. ὀυδὲν) Lit. ν per correctionem neoterici addita. Nr. 54. in lemm. αὐτ) αν. Nr. 55. V. 4. ἤνυεν) ἤνυσεν; tamen prope evanescit lit. sibilans. V. 7. ἀμφοτέροισι) Hic aliquando, quod rarissime fit, lit. parag. a libr. adjecta. Nr. 61. V. 1. κόνδακα) κονδάκα. Nr. 62. in lemm. ἀνώνυμόν τινα) ἀνώνυμον τινά. V. 5. in comm. ita Jac.: Neuter horum versuum a Rufino videtur profectus. Rec. saltem char. sunt scripti. Nr. 70. V. 1. dele not. Jac. marg. Nr. 73. V. 3. ἡμετέροισιν) Abest lit. parag. Nr. 79. V. 3. in not. Jac. marg. μισεῖς ταῦτ') Posteriorem vocem dele; de priori hoc accipe. Profecto νοεῖς a libr. scriptum fuisse videtur; ast postmodo corr. neotericus illud interpolavit. Nr. 81. V. 2. scr. ἠέ. Nr. 85. in lemm. εἰς τινὰ) εἴς τινα, ut semper. Nr. 91. in lemm. ὡραι) ὡραι i. e. ὡραῖον. An voluit ὥριον scribere? Nr. 96. V. 2. in not. Jac. marg. καὶ εἰς) καίεις et θίγεις) θίγης. Nr. 104, 3. in not. Jac. marg. λεπτοστολιδώμασι) λεπτο ςολιδωμασι. subscripta copulandi nota satis testatur, inusitatam hanc vocis formam librario non temere excidisse. Nr. 107. V. 8. ἤμεθα Ναϊάδος) ἡμεραι. αϊάδος. Nr. 108. in lemm. κόρη καλουμέν i. e. κόρην καλουμένην. Nr. 110. in lemm. λυσιδίκην et εὐφράτην notis tachygraphicis minus recto expressas habes; etiam Nr. 111. τερείνην. Nr. 113. in lemm. σωσικράτ.) σωσικράτην. Ib. ἀκατασχε) ἀκατάσχε.

V. 5. in comm. πολις) male: imo πτόλις. Nr. 114. V. 4. Post φύσιν in cod. colon. V. 5. post ἀναιδής signum interrogationis. Utraque interstinctio ab ipso libr. oriunda. V. 6. οὐκάλῶς) οὐ καλῶς. Nr. 115. in lemm. διὰ τον) διὰ τον. V. 3. In voce ὑτιακῆς, quam literam nunc τ typis habemus expressam, ita incerta est in l. ms., ut τ an σσ an ιπ an ς sit, discernere nequeas. Nr. 116. in lemm. ἀργενταρίου ὅτι) ἀργ. ἐρωτικὸν ὅτι. Ib. ὁ δὲ ἄῤῥην) ὁ δ' ἄῤῥην. Nr. 120. in lemm. μοιχαλλι) μοιχαλλί. V. 3. κοὐχὶ) κὀυχὶ, duplici, ut fieri solet, spiritu. Nr. 125. V. 2. in not. Jac. marg. ἐπηϊόνιος.) Verum posterius ι nigriori pigmento, diverso calami ductu. Nr. 126. V. 4. πρὸς τῷ) πρὸς τῷ, quod signum est depravationis. Nr. 128. V. 3. dele not. Jac. marg. Nr. 130. in lemm. βακχίου sive μακκίου) Sic potius: fuit a pr. manu μαικίου; corr. inde fecit μακκίου. Ib. ἑταῖραν) ἑταίραν, quemadmodum inde ab ep. 128. persaepe libr. exhibet. V. 5. post δακρύεις et δὲ interrogationis signa. Nr. 132. V. 7. εἰ δ' ὀπικῇ) εἰδ' ὀπικῇ, corruptelae indicium. Nr. 135. V. 2. dele not. Jac. marg. Nr. 137. V. 1. 2. τὰς et τὰς αὐτάς, quem morem cod. noster in genitivis doricis utriusque numeri constanter servat. Nr. 139. V. 3. πάντῃ) πάντῃ, ut plerumque, licet non semper, in libro nostro. Nr. 140. V. 1. in comm. μούσαις) μούσαις. literâ ultimâ puncto deletâ, rectissime. Nr. 141. V. 1. οὔασιν) οὔασι. Nr. 144. in lemm. σύγκρισις) σύκρισις. Nr. 145. V. 3. ἐρώντων) Utraque lit. ν recens addita, prior superscripta, posterior adscripta. V. 4. αὐτον. superscr. rec. char. Nr. 146. V. 2. μύροισι) μυροισι. Nr. 151. ante v. 5. corruptionis nota ·/. cum sigla ζη in marg. Nr. 152. V. 1. in Jac. not. marg. παῖς) παῖ σ. Ceterum per totam vocem rasurae vestigia. Nr. 152. V. 4. not. Jac. marg. ἴαπετεῦ) Cod. habet in principio vocis et lit. ι ductum et syllabae ει compendium. V. 5. dele not. Jac. marg. Nr. 157. V. 2. εἰς) ες. Nr. 160. V. 1. dele not. Jac. marg. Nr. 161. V. 3. in comm. ἑνέκάστῃ) P. h. l.; imo potius ἑνέκάστῃι. Nr. 163. V. 5. in cod. marg. ὑπουργούς) ὑπουργος. V. 6. σεῖχε) In cod. fuit pariter σεῖχε; posthac in σῖχε ab alio quodam homine mutatum. Nr. 167. V. 3. ἴσχυε) ἴσχυεν. Nr. 166. V. 3. κοττι in cod. Nr. 167. V. 5. τῇδε in ms. Nr. 168. in lemm. μαινομεν) μαινομέν.

Nr. 169. V. 4. in comm. bene Jac. monet, conspici in marg. siglam ⁒/ ⁒; at, quid spectet ea, dicere omisit. Nimirum ante vocem χλαῖνα apparet nota monitoria. Nr. 170. V. 3. τινά) τίνα. V. 4. in not. Jac. marg. κῆνατ') κῆνατ'. Nr. 176. V. 6. dele not. Jac. marg. Quod libr. in voce πῦρ tenorem inflexum non sigillatim posuit, sed literae υ adjungere voluit, confusionis culpam sustinet. Nr. 177. V. 8. dele not. Jac. marg. Nr. 178. in lemm. θαυμας) θαυμας. V. 2. τί δ' ἐμοὶ) τί δέ μοι. In his Cl. editor atque librarii fere semper dissentiunt. Nr. 179. V. 4. τάχα που) ταχά που ex more. Nr. 181. V. 9. Αἴσχραν) αἰσχρόν. Ad v. 2. scholion cod. marginale in comm. male redditum. Scr. ἀντὶ τὸ ἅπαξ (sc. τόπαξ). Nr. 183. in lemm. αὐτοκωμ) αὐτὸ κωμ. Nr. 183. V. 2. ἓν χίον) ἐν χιον. Nr. 184. V. 1. θεούς) θεουσ'. Nr. 185. in lemm. πόρνην) πόρνηι. Nr. 190. Lemma εἰς ἔρωτα δριμύτατον a Jac. praetermissum. Nr. 191. V. 8. in comm. ϛοργας) ϛοργάς. Nr. 193. V. 1. in not. Jac. marg. ἄδωνι) ἄδωνι. Nr. 194. in lemm. εἰρην) εἰρην. Nr. 195. in lemm. αὐτοῦ) ἑαυτοῦ. V. 2. in comm. τρισσά) τρισσάς. V. 6. μύθους) μύθους. Nr. 197. in lemm. τιμῶ) τιμῶ. V. 3. in scholio marginali ἐϛιν) ἐϛίν. Nr. 200. V. 4. in not. Jac. marg. dele Br., scribe P. Nr. 202. V. 2. dele not. Jac. marg.; est enim in cod. πλαγγών, quamvis litera ν vixdum appareat. Caeterum siglam admonitricem, ut vides, sibi superimpositam habet. Nr. 205. V. 5. μαλακῇ) μαλακὶ. V. 1. in not. Jac. marg. ησακειν) ησ. Nr. 209. in lemm. ἀσκληπιάδου, εἰς) ἀσκληπιάδου τὴν ἔννοιαν, εἰς. Nisi velis verba τὴν ἔννοιαν, inepte hic intertexta, ad siglam ⁒ referre, quae ad v. 1. fixa conspicitur, vertenda sunt: ex argumento, secundum argumentum. Nr. 211. in lemm. ἐρωτικῶι) ἐρωτικῶς. Nr. 212, 2. σῖγα) σίγα. Nr. 215. V. 3. βαλλην. Hinc colligo, etiam in cod. archetypo fuisse scripturae compendia; utriusque enim syllabae ην et ειν eadem nota tachygraphica (βάλλ). Quae tamen quum saepius illam quam hanc denotet, librarius ab initio ita scripsit; mox errorem intelligens, alteram superimposuit. Inde quoque orta videtur frequentissima vocum δαι et δη commutatio, quippe etiam syllabarum αι et η (Δ δαι et δη) idem in usu fuit compendium. cf. ep. 300, 3. V. 4. in comm. πτανά) Minime η superscr. V. 5. γρ. ἴσαν) non in marg. scriptum, sed

voci superpositum. V. 6. μιαιφονίην) μιαιφονίαν. Omsiit Ill. Jac. in cod. marg. ad hoc ep. adscriptum lemma: μελεάγρου εἰς ἡλιοδώραν διὰ τὸν πρὸς αὐτὴν ἔρωτα παθη. Nr. 222. V. 7. ad not. Jac. marg. Fuit, quod V. D. in textu ponere visum est, sed postmodo mutabatur. Nr. 223. V. 3. Κλυμένης) κλυμένης. Quam siglam, nequaquam otiosam vel inutilem, Cel. editor in comm. saltem ubique sistere debebat. Nr. 230. V. 2. δορυκτ.) δορικτ. Nr. 232. V. 4. Ἱππομένην) Ἱππομένη. Probabiliter lineola illa ν significans superscripta fuit, quae in extrema ductûs tenuitate facillime deteri poterat. Haec ratio defendere videtur Cl. editorem, qui literam paragogicam, dici vix potest quam saepe, de suo addidit. Nr. 235. in lemm. ὑπατ.) ut nescias, quam vox terminationem habeat; aeque bene enim, quum tonus haud raro desideretur, ὑπάτου quam ὑπατικοῦ esse potest, nisi praecedentia hoc posterius satis arguere contendas. Est vero ὑπατικοῦ; attamen perspicuitati providere semper e re fuerit. Nr. 237. V. 5. Ῥοδάνθης) Lit. sibilans, quae fortassis evanuit, a manu rec. superscripta. Nr. 238. in lemm. τ μορφὴν) τ μ. Nr. 239. V. 6. φορβῆς) φορβῆς, cui siglae alia ejusdem formae in marg. respondet, nulla tamen animadversione addita. Quod saepius in libro nostro usu venit. Nr. 244. V. 1. in not. Jac. marg. Γαλατια perperam cod. lectio dicta; reperitur ibi compendium syllabae ει, quod priore parte paulisper detrita literae γ simillimum fit. Nr. 250. V. 5. δ' ἐφίλησα) δὲ φίλ. Nr. 251. V. 6. οὔπω) οὔπο. Nr. 253. V. 1. χρυσίλλα) χρύσιλλα. Nr. 254. V. 2. ad not. Jac. marg. ἠριπόλις. Fuit sane ita, sed manus non recens verum dedit corrigendo. Nr. 255. V. 10. dele not. Jac. marg. V. 11. in schol. cod. marg. ταῦτα) τοιαῦτα. V. 13. ῥεῖά τις) ῥεῖα τις ex cod. consuetudine. Nr. 260. V. 5. κατήορα) κατηορα. Nr. 261. V. 1. μεθύσσαι) μεθῦσαι, non μεθῦσαι, quod V. D. in comm. dedit. Nr. 263. V. 3. in not. Jac. marg. ἠρῶ) imo ἠρώ. Tonus erectus ob versus finem, sicuti passim, non tamen constanter; frequentius item apud priorem, quam apud posteriorem scribam. Nr. 262. Ad v. 3. Ill. Jacobsii obs. ita corrigenda: Ante hunc ipsum versum in cod. non is, qui in ed. nostra, proxime legitur, sed epigrammatis insequentis v. tertius. Hic quum a manu librarii sicut scriptus, ita deletus sit inducta linea, nostri ep. v. tertius cum secundo hoc signo σζ (i. e. συζευκτέος, non, quod V. D. opinatur, ζήτει) copulatur. Addit Jac., esse hunc versum atramento inductum eadem quae lem-

mata concinnaverit, manu scriptum. Haec verba a perspicuitate laborant. Pleraque enim hactenus lemmata ab ipso librario assuta sunt; nonnulla tamen a manu aliena addita, eàdem, quae hanc librarii reprehensionem dedit. Nr. 264. in lemm. σιλεντιαρίου) σιλεντιαρειου. habes igitur nominis compendium a nescio quo male curioso explicatum. Nr. 269. V. 5. not. Jac. marg. τετιοφῶν) τέτιοφῶρ. Litera ν in cod. ρ patulum, quare facillime cum hoc confusa. Nr. 270. V. 2. κεκρυφάλων) κεκρ. Quod additum habes in cod. marg. scholion, a sequiori manu positum. Nr. 271, ad v. 2. Jac. in comm.: Restitue χρυσεοκροτάλῳ, in qua voce prima corripitur. Rectissime; nam in l. ms. χρυσέο κροτάλωι, lineola semicirculari subductâ copulantur. Nr. 273. V. 5. Recte librarius μαζὸς scripserat; at neotericus quis ineptiens, ut μαζοὺς inde efficeret, literae ο aures asininas, puto suas, annexit. Nr. 275. V. 7. in comm. ἀνύσαμεν) Nihil superscriptum in cod. Nr. 280. V. 1. πόθον) πόνον. Nr. 286. V. 1. in not. Jac. marg. Κλεόφάντις) Alter accentus in cod. paene derasus, unde patet, diversas toni rationes etiam in his sequi editorem et librarium. V. 9. in not. Jac. marg. δεῖ) Hoc post demum superlitum; fuit primitus δὴ in ms. Nr. 287. V. 2. Neque πείραζον, nec επειραζον, nec σπειραζον a cod. scriba positum videtur, sed σπίραζον. Etenim ει illitum literae ι. V. 7. in cod. Jac. marg. ἱκέτευεν) at lit. parag. serius addita. V. 8. συγκατένευσα) ita per correctorem; libr. scripserat συνκ. Nr. 289. V. 8. πλήσσει) Alterum σ a corr. illatum. Nr. 290. V. 4. ἐρευθομένοις) sic per corr.; scripserat libr. ἐρευθομένης. Nr. 291. V. 1. σύμβολα) σύμολα. Nr. 292. ad lemma. Hic titulus non, ut plerumque, in marg., sed, ut fit interdum, in ipsa orationis serie legitur. Nr. 294. V. 8. ἀδουπήτοις) ἀδουπήτους solenni errore. V. 19. κορείης) per corr. emend.; libr. posuerat κορίης. V. 21. μόθου ejusdem corr., libr. μόθος. Nr. 298. in lemm. ΑΙΓΥΠΤΟΥ) scr. αἰγυπτίου. Nr. 299. V. 9. δ' ἴναλλα) ita libr., at corr. mutavit in δ' ἄναλλα. Nr. 300. V. 3. in comm. Superscriptio a corr. V. 6. ἔχει) hoc fecit corr. ex ἔχοι. V. 8. ἴδ' ἐς) ἴδες. Nr. 302. V. 17. in comm. νόμος lineae superscriptum, rec. tamen char. Nr. 304. V. 1. in not. Jac. marg. ὅτε. Litera ε non est librarii, nec magis correctoris, sed neoterici cujuspiam. Nr. 305. V. 1. in comm. ὑφ' ἕσπερα) ὑφ' ἑσπέρα.

VI. *Επιγραμματα αναθηματικα.*

In comm. *ἀρ* (χ) *τῶν ἀναθεματικῶν ἐπιγραμμάτων*) Post haec aliquot in codice verba ita tenuia ac detrita, ut dignosci nequeant. Ib. *ἐξάψαι*) *ἔξαψα*. Nr. 1. V. 1. *τὸν*) *τῶν*. Nr. 3. in lemm. *ἀνατιθεν* (τ)) *ἀνατεθεν* (τ). Nr. 5. in novo lemm. *θεσσαλονικ*) foret hoc *ου*; at recte in cod. *εως*. Nr. 11. V. 2. in comm. *πίγρις* corr. *πίγρης*. Ex calami ductu haec correctio non alii cuidam, sed ipsi librario tribuenda est; attamen, quum toties redeat, vix aliter scribae eam adjudicare potes, quam ut ponas, hunc tum demum sua correxisse, quum magnam jam sequentium epigrammatum vim descripsisset. Nr. 12. in lemm. altero *ἀντίξεσις*) *ἀντίζεσις*. Neque hoc neque illud vocabulum aliunde mihi innotuit. Potuit tamen hoc posterius ex solenni scribarum errore facillime pro *ἀντίζησις* exhiberi, quod ad similitudinem vocis *συνίζησις* proprie oppositionem significaverit, tum potestate translata fortassis carmen denotaret, quod ad alius comparationem esset compositum, cum alio carmine ut contenderetur. Nr. 13. V. 3. *Δᾶμις*) *δάμις*. Sic semper libr., at corr. constanter mutavit; interdum tamen ob similitudinem, quae intercedit, maximam circumflexus ab acuto internosci nequit. Nr. 14. V. 3. *τῶν*) *τάν*. V. 5. *λίμνης* (α). Cl. editor non alteram ejusdem hominis ejusdemque generis correctionem amplecti, alteram rejicere debebat. Nr. 22. scholion cod. marginale ad ultimum distichon valde depravatum. Pro *ἱστάμενος*) scr. *ἱσταμένῳ*. Refertur enim ad *μονοστόρθιγγι*. porro pro *πᾶν εἰς ὀξὺ λῆγον, καὶ ὁ τῆς συὸς ὀδούς*) cod. offert: *πᾶν τὸ εἰς ὀξὺ καταλάγον, καὶ ὁ τοῦ συὸς ὀξὺς*; deinde *δεδουπε*) *δεδουπως*. In altero scholio *ἀκρωτήριον*) *ἀκρότηριον*. et *κατασκευάζουσι*) *κατεσκεύαζον*. Nr. 23. ad v. 8. in comm. Jac. ita: Caeterum epigr. nostrum cum aliis ejusdem argumenti comparantibus apparebit, distichon periisse, in quo et dedicantis nomen et causa dedicationis commemorata esse debuit. Observatio verissima; quod inde colligit, non ita verum videtur; cur enim a consuetudine nunquam recedi potuerit, non video, praesertim in ejusmodi anathematum imitamentis scholasticis. In l. ms. certe hujus jacturae nec vola nec vestigium apparet. Nr. 28. in lemm. *τῷ ἱερῷ*) in cod. non leguntur. V. 6. *τήνδε*) *τῆνδε* ex cod. more. Ad v. 5. in not. Jac. marg. *πε-*

ρίπλεα) quod supra scriptum est, cod. non habet. Nr. 29. V. 1. τέχνης) τεχνας. Nr. 31. in lemm., quod Jac. nos scribere jubet, δημήτρᾳ, etiam cod. praebet. Caeterum hoc lemma non in marg., sed, quod saepius hinc fieri coepit, in ipso textus spatio. Nr. 33. in lemm. μακκίοι) sic per corr. interpolationem nunc habemus; librarium μαικίου scripsisse, literae ι vestigia satis produnt. Nr. 34. V. 3. 4. in comm. haec legimus: sed error emendatus litteris appositis. Imo, non litteris, sed hoc modo ζ7 ϛι β̄ ἄνω. +. Haec quum exstent pone vocem συναγρεσεις, versus ipsi in folii fronte habentur. Ideo haec monui, ut ostenderem, Spalettum non ubique verbum de verbo, literam de litera descripsisse, quin ne locum quidem, quo quaeque in cod. scripta essent, admodum curate servasse. Caeterum adscripti hi versus, licet a reliqua cod. scriptura nonnihil differant, ab ipso tamen librario oriundi videntur. Per Spaletti incuriam nunc illa verba ζτ. στι β̄ ἄνω in Jac. comm. parum concinno loco edita. V. 4. ὀρειάρχᾳ) ὀρειάρχα, sicut Nr. 25, 1. χιμαιροβάτα. Huic a manu recenti etiam signum exclamationis s. invocationis est additum. V. 4. αἱμωπούς) αἱμώπους. V. 6. λαιμοπέδαν) Fuit a libr. scriptum λαιμοπέδων, sed priore hujus ω parte abolita, alteram corr. in α mutavit. In lemm. τελέσωνος prior σ desideratur. Nr. 40. V. 1. dele not. Jac. marg. Quod autem superscriptum narratur, quum in cod. nihil superscriptum sit, id ita fortassis interpretandum, ut Cel. Uhdenius, qui in apographi cum codice collatione rectius videret descriptore, verum supra imposuerit, quorum non adeo diversam scripturam Ill. Jac. facillime commiscere poterat. Cujus observationis etiam alibi memores volo sitis. Caeterum in his verbis τῷ βόε μοι σῖτον δὲ permulti in cod. accentus et fixi et rasi. Nr. 43. V. 3. in not. Jac. marg. Quod superscriptum vides, a corr., non libr., originem duxit. V. 7. ἡγήτειραν) Sic nunc in cod. legere est per corr. interpolationem; librarius scripserat ἡγάτ. V. 8. est totus correctoris. Nr. 44. V. 3. τοῖσδε) ita etiam libr.; at corr., quemadmodum in hisce solet, τοῦσδε. Nr. 46. V. 1. τάν) ita corr.; libr. dederat τόν. Nr. 48. V. 3. ἐν ἐρίθοις) ita corr., verum libr. ἐνερίθους. Nr. 49. v. 4. νικάσας) νικήσας. Nr. 51. in lemm. ἀλεξίδδς) ἀλέξιδος. Ad v. 2. in not. Jac. marg. δινδιμονης μ. P. In marg. δινδυμίνης) In cod. textu habes δινδιμονης; in marg. vero π^ρ δινδυμιν literis majusculis. In qua posteriori voce scriptu-

ram, non item atramentum primi descriptoris agnosco. Quod pro suspicione mea facere videtur, librarium multo serius, quae scripserat,
η
relegisse atque correxisse. Ib. in scholio cod. marg. διδυμηνη ηγουν) διυδημένη ἤτουν. Nr. 52. V. 3. αὐτῇ τε) αὐτῇ τε. Nr. 54. V. 1. χαλκοῦν) ita etiam corr.; sed libr. ex more χαλκοὺν. V. 3. in comm. πάρθης. In marg. γρ. σπάρτας) Non in marg., sed supra illa voce. V. 4. ἔκρεξε) per corr.; libr. posuerat ἔκραξε. V. 5. τετριγυῖα) τετρηγυῖα, at litera γ per corr. ex alia qua effecta est. V. 6. ἁρμονίας) ita corr.; a libr. fuit ἁρμ.; ex more. V. 7. ἁβρὸν) ἁβρ. V. 10.
⁄.
νόμον) νομόν. Ex hoc loco discere licet, acutum binis punctis antiquatum eandem speciem prae se ferre, quam habet notissima illa sigla monitoria. Nr. 55. V. 1. in not. Jac. marg. παφίῃ) Ita per corr.; librarius scripserat παφίαι, quod, sicuti plerasque ipsius librarii lectiones, recepit Planudes. Hinc verisimile fit, hunc codicis interpolatorem post Planudem vixisse, ni praeferas, Planudem curiose scrutatum esse ipsius librarii a corr. foedatas lectiones, easque ob vetustatem magnifecisse ac proinde recepisse. Nr. 56. V. 3. δορήν) Quum libr. scripsisset δορὴν, corr. mutavit in δορήν; praesensisse igitur videtur hic homo erigendi tenoris, quam hodieque tenemus, consuetudinem; verumtamen, ne hoc in animum inducas, vetat proxima vox κισσὸν, ubi nihil mutavit. Sed ne ineptias nectam, verbo expedire licet, ob caesuram tonum erexit. Nr. 57. V. 4. καὐτὰν) κ'αὐτὰν, ut solet in his.
⁄.
V. 5. ἡμιβρῶτι) ἡμιβρ. Nr. 58. V. 4. σώζει) σώιζει, ut plerumque; non tamen semper, nisi credere malis, etiam hac in voce, sicut in multis aliis, iota adscribendum saepe abesse non consulto, sed temere. Nr. 59. in lemm. καλιῤῥόης) καλιρόης. Nr. 61. V. 1. in comm. πλοκαμίδας) vere libr. sic scripserat; at corr., qui etiam hac in re cum nostris hominibus concinit, πλοκαμῖδας interpolavit. V. 4. σφῦραν) σφύραν. Nr. 62. V. 4. τρηματόεντα) per corr.; libr. τριμ. Nr. 63. V. 3. τε) τέ. Nr. 64. V. 2. σκληρῶν) ita etiam corr.; at libr. de-
N
derat σκληράν. Nr. 65. V. 8. ακεστορίην) ἀκεσορίης. a corr. superscriptum. Nr. 67. V. 2. in comm. μόλυβδον) ut constanter. Nr. 70.
α
V. 5. in comm. ἀέλλης) a corr. superscr. Nr. 71. V. 2. in comm.
γρ. κλαστά
πλακτά) a corr. superscr. V. 5. Λαΐς) λαΐς. Librarius hanc legem non norat; neque magis corrector; quod semel certe moneri debebat.
ωι
V. 10. ἀστρίπτου) a corr. superscr. Nr. 74. V. 5. in comm. ἑλίκοις)

P. Nr. 74. εἰς γραῖ κωφ τ αυ. Br. III. 160. nr. 3. inter epigrr. *Bassi*, nescio quo errore. In Planud. enim p. 135. St. *Nicarcho* inscriptum. An. II. 20. nr. 20. V. 1. ὀνησίμε. P. ὀνήσιμε. Pl. Br. V. 3. εἴπωμεν. P. Pl. εἴπω μέν. malebat Br. Mutatione non opus. Saepe enim transitus fit a plurali ad singularem, et contra. — V. 6. ἔφερεν. P. Pl. ἔφερε. Br. V. 7. ἀνοπον. P. ἣν ὑπόν. Pl. Br. πόκον corrigit Scaliger in not. mst. quod proximo δοκὸν melius convenit. Tum legendum erit, ἂν πόκον. V. 8. πινῶν εὐθύς. P. πεινῶν εὐθύ. Pl. Br. V. 9. ἂν δὲ τόξον. P. ἂν δέ γε τ. Pl. Br. V. 10. ὅσλως. P. ὅλως. Pl. Br. λέγω, οὔποτ'. Hiatum mora in legendo excusabilem reddit. Eidem Friedemann. de Med. Syll. Pent. p. 307. mederi conatur sic: ὄξος ἐπαισθάνεται δ' οὔποθ', ὅλως, ἃ λέγω. Veteres tamen longiora vocabula in fine pentametri collocare solent. — *Nr.* 75. εἰς πύκτας λουκίλλου. Br. II. 320. nr. 17. An. II. 2. p. 449. V. 1. τοιοῦτος. P. Pro hac voce omissa in ed. pr. Flor. et Ald. 1. βέλτιστος suppletur in Ald. 2. 3. Asc. St. τοιοῦτος restituit Br. Sic etiam Σεβαστὲ rediit in locum vulgatae τὸ πρόσθεν. V. 2. ὀφρῦν. P. ὀφρύν. Pl. Br. Ne brevis esset syllaba in caesura, pentametri Graef. Ep. cr. in Bucol. gr. p. 46. ὀφρῦς corrigit. Quod necessarium non videbitur Spitznerum consulentibus de Versu Graec. Heroico pag. 67. sq. V. 4. μηδετὸ λαβεῖν. P. τὸ abest a Pl. Br. — πατρικῶν. Euripid. Ion. 1304. ἡμῖν δέ γ' ἀλλὰ πατρικῆς οὐκ ἦν μέρος. Cf. Schaefer. ad L. Bos p. 363. — V. 6. Aelian. H. An. VIII. 10. de elephantis locutus, ut de pugilibus: τὰ πρόσωπα δὲ ἐκθλιβομένων τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τῆς ῥινὸς συνθλω-

μένης, καὶ ῥηγνυμένου τοῦ μετώπου, τὸ ἐναργὲς τοῦ εἴδους ἀπώλλυσι, καὶ ἀγνῶτες γίνονται πολλάκις τοῖς ἐγγυτάτω προσήκουσιν.

Nr. 76. *εἰς αυ τ αυ.* Br. II. 319. nr. 12. An. II. 2. p. 447. V. 3. *τὸ πρόσωπον ἐναργές.* i. e. *σαφὲς καὶ πρὸς ὀφθαλμῶν.* Etym. M. p. 306. ed. Lips. Ap. Lucian. in Rhetor. Praec. §. 6. T. VII. p. 225. *οἷον οἱ πολλοὶ γράφουσιν ἐν αὐτῷ*, scribendum suspicor, *γράφουσιν ἐναργῶς.* Plutarch. T. II. p. 336. A. *ἔγραψε τὸν κεραυνοφόρον . . . ἐναργῶς καὶ κεκραμένως.* — *Nr.* 77. *εἰς στρατοφων τῦ αὐτοῦ.* Br. II. 319. nr. 12. An. II. 2. p. 447. V. 1. *ὀδυσσέως.* P. *ὀδυσσέος.* Pl. Br. V. 2. *ἄργος.* P. *Ἀργός.* Pl. Br. In nomine proprio accentus retrahendus erat. — V. 5. *ἢν ἐθέλῃς τὸ πρ.* P. *δὲ πρ.* Pl. Br. Scr. potius: *ἢν δ' ἐθέλῃς τὸ πρ.* — *ἐς ἔσοπτρον ἑαυτοῦ.* P. Br. *ἐς ἔσοπτρα σεαυτοῦ.* Pl. non advertens veterum usum, pronomen *ἑαυτοῦ* etiam de secunda persona usurpantium.

Nr. 78. *εἰς ἀπολλοφαν τῦ αυ.* Br. II. 320. nr. 18. An. II. 2. p. 450. V. 2. *σιτοκόπων βυβλαρίων.* P. et editt. vett. usque ad Asc. qui *σητοκόπων* habet. *βιβλαρίων* tuetur Pl. *βυβλαρίων.* Br. Chartae a tineis arrosae intelliguntur, utrum scriptae, nec ne, hoc loco nihil interest. — P. *Nr.* 79. *εἰς κλεόμβρο τῦ αὐτοῦ.* Br. II. 319. nr. 10. An. II. 2. p. 444. V. 3. *καὶ τὰ παρ' αὐτῷ.* P. *domestica illa mala;* ne cum Br. corrigas, *τὰ παρ' αὐτῆς.* Vulgo *καὶ παρ' ἑαυτῷ.* Aeschyl. Prom. 186. *παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων Ζεύς.* V. 4. *φρίσσων.* P. Pl. quod correctione non indiget, modo distinctionem tollas post *'Ολύμπια. φρίσσει* Br. hiatu versum onerans. V. 5. *δέρκεται.* P. *δέρεται.* Pl. Br.

Nr. 80. *εἰς ἄπιν τ αυτοῦ.* Br. II. 320. nr. 14. In Plan. p. 128. *Luciano* inscriptum. V. 2. *"Απιν.* P. *'Απιν* scripsi. Cf. Schaefer. ad Theocr. p. 216. *"Αππιον* malebat Graef. Ep. cr. in Bucol. p. 46. Similiter tamen peccavit Pallad. p. 383. nr. 168. *Μῆνιν οὐλομένην. ἐτραυμάτισεν.* P. Pl. *ἐτραυμάτισε.* Br. — *Nr.* 81. *εἰς ἀνδρόλεων τοῦ αυ.* Br. II. 319. nr. 13. An. II. 2. p. 447. Etiam hoc *Luciano* tribuitur in Plan. p. 128. V. 1. *ὅσαν.* P. Br. *ὅσην.* Pl. et sic in seqq. quoque versibus Plan. ionicas formas exhibet, ubi P. doricas habet. V. 3. *πίση.* P. Br. *πίσσῃ.* Plan. ut iterum p. 542. nr. 258. v. 1. *τῷ πίσης μεδέοντι.* Plan. *πίσσης.* V. 5. *καρύσσετο.* P. Br. *ἐκορύσσετο.* Pl. V. 6. *με σταδ.* P. Br. *μ' ἐκ σταδ.* Pl. In talibus *ἐκ* passim omittitur.

P. 480. nr. 762. *ἀλλὰ Κυθείρη Ἀνδρὸς ἑοῦ θαλάμων εἵλετο λαθριδίως.* pag. 615. nr. 3. *Πιερίδες μοι μῆλα διήρπασαν . . . αἰνύμεναι κόλποιο.*

Nr. 82. *εἰς δρομέας νικάρχου.* Br. II. 352. nr. 13. An. II. 3. p. 31. V. 1. *ἀρκαδία.* P. V. 3. *εἷς φίλος, ὁ παρακελευόμενος.* Vid. Wyttenb. ad Platon. Phaed. p. 126. Boisson. ad Marin. V. Procl. p. 95. V. 5. *παραγίνεται.* P. *παραγίγνεται.* Pl. — *Nr.* 83. *λουκίλλου.* Br. II. 320. nr. 15. An. II. 2. p. 448. V. 1. *τὸν σταδίην.* omnes. *τὸν σταδιῆ* scripsi c. Scaligero in not. mst. quam correctionem probat Schneider. in Lex. Gr. V. *σταδίας.* Noster p. 531. nr. 163. *καὶ σταδιεὺς Μενεκλῆς.* Themist. Or. XV. p. 196. A. *ἐοικέναι δολιχοδρόμῳ μᾶλλον ἢ σταδιεῖ.*

Nr. 84 *του αυτ.* Br. II. 319. nr. 11. An. II. 2. p. 446. V. 1. *τὶς.* P. V. 2. *ὅλως.* P. Pl. *ὅμως.* Br. non inepte. Aelian. H. An. X. 50. *καὶ ταῦτα μὲν πρὸς τὴν παροῦσάν μοι χρείαν σεμνὰ ὄντα ὅλως οὐχ ὁρᾷ πω.* scripsit, ni fallor: *καὶ ταῦτα μὲν . . . . σεμνὰ ὄντα ὅμως οὐχ ὁρᾷ πού. at haec, licet per se speciosa, ad praesentem tamen rem fortasse non faciunt.* Contra ap. Liban. T. IV. p. 897. 21. *ὅμως δ' ἐπ' ἐκείνων ἀκόλαστος μὲν ἡ γνώμη.* scr. *ὅλως. et omnino in illo crimine animus impudicus est, nulla autem feritas.* — V. 3. *δίσκῳ μὲν γάρ.* P. *μὲν γάρ* etiam Plan. *μέν τοι.* Br. Vulgata bene habet. Luctae certamen ille susceperat; etiam in stadio nonnihil progressus fuerat; disci autem et saltus ne mentio quidem poterat fieri: *nam* illi *ὅλως οὐκ ἤγγισε κ. τ. λ.* Saepe particulae *μὲν γάρ* junguntur. Od. *α.* 173. 392. Theogn. 285. Infra p. 601. nr. 211. p. 569. nr. 3. V. 5. *ἠκόντιζον.* P. *ἠκόντιζεν.* Pl. Br. Sensus postulare videtur, ut scribatur, *ἠκόντιζ' ἄν.* V. 6. *πέντε τριαζ.* P. junctim Pl. Br.

Nr. 85. *τοῦ αυτ.* Br. II. 320. nr. 16. An. II. 2. p. 449. V. 2. *πάντοθεν.* P. *πάντοθε.* Pl. Br. V. 3. *κεῖσθαι τινά.* P. V. 4. *λιθίνων.* Liban. T. IV. p. 717. 7. *καὶ νῦν ἕστηκεν ἴσα τοῖς λίθοις ἄφωνος.* Marg. ed. Morell. *τοῖς λιθίνοις.* fortasse rectius. Xenoph. de Rep. Laced. c. 3, 5. p. 29. *ἐκείνων γοῦν ἧττον ἂν φωνὴν ἀκούσαις ἢ τῶν λιθίνων.* P. V. 5. *καὶ τί γάρ.* Scaliger in not. mst. *καὶ τὸ γὰρ εἰς ὥρας ἠνοίγετο.* Vera est vulgata lectio. Vid. ad nr. 91. v. 3. — *Nr.* 86. *ἄδηλον.* Br. III. 171. nr. 106. An. III. 1. p. 344. V. 2. *εἶδεν.* P. *οἶδεν.* Pl. Br. Vid. ad p. 452. nr. 560. v. 4. V. 3. *ὕσπληγος.* P. *ὕσπληγγος.* Pl. Br. Illa forma non minus proba. Vid.

ad pag. 191. nr. 259. pag. 451. nr. 557. Ad sensum conf. Lucian. Timon. §. 20.

Nr. 87. *εἰς μακρ λουκίλλου.* Br. II. 351. nr. 71. An. II. 2. p. 484. V. 1. *πεντόργυιος.* Pl. Br. *πεντόργυος.* P. V. 2. *οἶκοσι.* P. *οἶκος.* Pl. Br. — *Nr.* 88. *εις μικλεπτ τ αὐτοῦ.* Br. II. 328. nr. 53. An. II. 2. p. 474. V. 1. *ἥρπασεν.* P. sed *ν* atramento inductum. V. 2. *φησιδῶζευπερ.* P. Plan. *ἰδοὺ Ζεῦ.* Br. Similiter Scaliger in not. mst. *ἴδ' ὦ Ζεῦ.* Recte me emendasse existimo: *ἡ δέ, τί, φησί, πάθω, Ζεῦ πάτερ, εἴ μ' ἐθέλεις; quid, ait, faciam, si me habere cupis? τί πάθω;* p. 103. nr. 111. *καὶ τί πάθω;* Vide Kuster. ad Aristoph. Plut. 603. Brunk. ad Lysistr. 884. Matthi. in Misc. philol. II. p. 3. sq. In *πάθω* prior syllaba excidit, ut p. 603. nr. 225. in *μητέρος* pro *δημήτερος* p. 609. nr. 8. *τοραςφ.* pro *τὸ γέρας σφ.* et alibi. — *Nr.* 89. *τοῦ αυ.* Br. II. 171. nr. 108. tamquam *ἀδέσποτον.* In antiquioribus editionibus nihil adscriptum est, aliis nimirum Lucillii epigrammatis praecedentibus. Postea *ἄδηλον* praefixum est. An. III. 1. p. 345.

Nr. 90. *τ αὐτοῦ.* Br. II. 328. nr. 54. An. II. 2. p. 475. V. 2. *πυρῆνα.* P. Br. *πυῤῥῆνα.* Pl. — *αὐτόν.* P. *αὑτόν.* Pl. Br. *ἀπηγχόνισεν.* P. Litteram paragogicam omisit Br. — *Nr.* 91. *τ αὐτοῦ.* Br. II. 328. nr. 55. An. II. 2. p. 479. V. 2. *αὑτὸν ἀπηγχόνισεν.* P. ut in praecedente. — *καὶ τί γάρ;* Cf. nr. 85. Post *βαρὺς* interrogandi signum posuit Br. minus recte. Sensus est: Quidnam tum factum? non id quod quis existimet; non enim pondere suo degravavit calamum etc. — *Nr.* 92. *τ αυ.* Br. II. 328. nr. 56. An. II. 2. p. 476. V. 3. *καταβὰς οἷος ὅτ' ἔζη.* P. *οἷοσπερ ἔτ' ἔζη.* Plan. quo versus impletur, non restituitur. Optime Br. *ὅλος* inseruit, quod ante *οἷος* facile excidere potuit. Both. in not. mst. corrigit, *οἷός περ ὅτ' ἔζη.* Idem v. 4. *ὑπὸ γῆς.* — *καὶ πέρας. τέρας* tentabat Brodaeus. Illud bene habet. Pro *tandem* est infra p. 537. nr. 212. *καὶ πέρας ἐξ δραχμῶν Ἐρασίστρατος ... υἱὸν Ἄνουβιν ἔχω.* Alciphr. II. 2. p. 212. *καὶ πέρας ἀναστᾶσα ὅπη ποτὲ γῆν πρὸ γῆς φεύξομαι.* V. 4. *λεπτότατος.* P. Br. *λεπτότερος.* Pl.

Nr. 93. *τοῦ αυ.* Br. II. 328. nr. 57. An. II. 2. p. 477. V. 1. *ἐπικούρων ἀτόμων.* P. *ἐπικουρείων ἀτόμων.* Pl. *ἄτομον.* Br. c. Scaligero in not. mst. fortasse recte. Vide tamen, an genitivus explicari

possit subaudito *μίαν*, aut *τινά*. Cf. Valkenar. ad Herodot. p. 414. et VV. DD. ad L. Bos p. 137. et p. 687. V. 2. *εἰς τὸ μέσον, τῆς ἀτόμου* sc. — *Nr.* 94. *τοῦ αὐ.* Br. II. 329. nr. 59. An. II. 2. p. 477. V. 1. *σαλπίζων ἔπνευσεν.* P. Br. *εἰς σάλπιγγ' ἐνέπνευσεν.* Pl. V. 2. *ἀπῆλθεν.* P. *ὀρθός.* P. Br. *εὐθύς.* Pl. — *Nr.* 95. *τ αὐ.* Br. II. 387. nr. 16. tamquam *Ammiani*, cui inscribitur in Plan. p. 157. St. V. 1. *μάρκωνα.* P. *μάκρωνα.* Pl. Br. Manifestus lusus in *μικρὸς Μάκρων.* V. 2. *εἵλκυσεν μῦς.* P. Pro *μικροῦ* Salmasius malebat *μικρός*, non improbabiliter. V. 3. *ψιλῶς.* P. *ψιλός.* Pl. Br.

522. *Nr.* 96. *νικαρ.* Br. II. 357. nr. 56. An. II. 3. p. 45. In Plan. p. 159. est *ἄδηλον.* V. 1. *στυμφαλίδες οὐχ οὕτως ὡς ἐμέ.* P. litteris superscriptis, quibus verus ordo restituitur. *οὕτω.* Pl. Br. V. 4. *ἑτοίμως.* P. *ἐτύμως.* Pl. Br. Vid. ad p. 109. nr. 49. v. 3. — *Nr.* 97. *ἀμμιανοῦ.* Br. II. 387. nr. 18. An. II. 3. p. 142. — *Nr.* 98. *τοῦ αὐ.* Br. II. 386. nr. 7. An. II. 3. p. 138. In Plan. p. 157. *ἄδηλον.* V. 1. *εἶτα.* P. — *Nr.* 99. *λουκίλλου.* Br. II. 329. nr. 60. An. II. 2. p. 478. V. 2. *ἀπῆλθεν ἔχων.* P. *ἑλὼν* corrigit Hermann. ad Viger. p. 758. nr. 228. non assentiente Schaefero ad Sophocl. T. I. p. 256. Sic certe Gregor. Nazianz. nr. 208. T. I. p. 595. *ὃν μοῦνον κτεάνων ἔνθεν ἀπῆλθεν ἔχων.*

Nr. 100. *τοῦ αὐ.* Br. II. 329. nr. 61. An. II. 2. p. 478. V. 1. *πίλεν.* P. *πέλε.* Pl. *ὥστε κολυμβᾶν.* P. *ὥστ' ἐκολύμβα.* Pl. Br. quod sequentia postulant. V. 2. *μόλιβδον.* P. *μόλιβον.* Pl. Br. — *Nr.* 101. *τοῦ αὐ.* Br. II. 330. nr. 67. An. II. 2. p. 480. V. 1. *ῥηπίζων.* P. *ῥιπίζων.* Pl. Br. Sic ap. Alciphron. L. III. 2. p. 276. *καὶ κατὰ σεαυτὴν ῥίπιζε.* Cod. Vindob. *ῥήπιζε.* qui locus leui medicina, qualem Bastius adhibuit, non potest restitui; mutilus enim. V. 2. *ἐξέβαλεν.* P. Pl. Litteram paragogicam omisit Br. — *Nr.* 102. *ἀμμιαν οἱ δὲ νικαρχ.* Br. II. 387. nr. 17. ut *Ammiani.* An. II. 3. p. 142. V. 2. *ἐτρύπησεν.* P. *ἐτρύπησε.* Pl. Br. — *Nr.* 103. *λουκιλλ.* Br. II. 329. nr. 62. An. II. 2. p. 478. V. 2. *τοῦτο.* refertur ad *τὰς ἀτόμους.* Sic p. 531. nr. 170. v. 3. *τοῦτ' αὐτῷ χαρίσασθε.* i. e. *τὰς πέντε μνᾶς.* Cf. ad p. 133. nr. 276. v. 7. V. 3. *δὲ τοτ'.* P. *δὲ τότ'.* Pl. Br. V. 4. *πολύ τι.* P. *πουλύ τι.* Pl. Br.

Nr. 101. τ αὐτ. Br. II. 329. nr. 63. An. II. 2. pag. 478. — Nr. 105. τ αὐτ. Br. II. 330. nr. 64. An. II. 2. pag. 479. V. 1. ἐζήτουν. omnes, usque ad Stephan. p. 158. ubi ἐξήτουν. — ἐκάθευδεν. P. Pl. ἐκάθευδε. Br. V. 2. ὀξυιαφω. P. ὀξυβάφῳ. Pl. Br. — Nr. 106. τ αὐτ. Br. II. 330. nr. 65. An. II. 2. p. 479. P. V. 3. ἐρίζητο. P. ἐῤῥοίζοιτο. ed. pr. Flor. Ald. 1. Asc. ἐῤῥοίζητο. vulgo. V. 5. ἤματα. P. — Nr. 107. In membr. hoc epigr. cohaeret cum praecedente, a quo recte sejungitur in Plan. p. 158. St. Br. II. 330. nr. 68. An. II. 2. p. 481. V. 1. φύλλω πεφρημένος. P. πεφορημένῳ. Pl. Br. V. 3. παλικάμπῃ. P. Pl. ἢ πιτυκάμπτῃ. Br. c. Steph. sic pro πιτυοκάμπτης dici posse existimans. Quem imitari non sum ausus. Adjectivi forma παλικαμπὴς est ap. Schol. Apoll. Rh. IV. 1315. p. 324. Inter varia Scironis nomina etiam hoc fuisse potuit. V. 4. ἁπλώσας. Artemidor. Onirocr. I. 76. p. 105. ὀρχοῦνται καὶ ἁπλοῦσι τὰ σώματα. Aelian. H. An. VIII. 10. τὰς πτέρυγας ἁπλώσασαι. Ap. Alciphr. L. III. 3. p. 278. ἐγὼ δὲ τὴν σαγήνην ἁπλώσας ἠπόρουν ὅ τι πράξαιμι. frustra fortasse vexatur vulgata lectio in loco, ut mihi quidem videtur, mutilo. V. 4. κανάβιον. P. καννάβινον et κανάβινον editt. Pl. quod restituendum videtur. De κάναβος ejusque usu dixi in Animadversionibus.

Nr. 108. ἄδηλ. Edidi in Paralip. I. nr. 123. p. 695. V. 2. κλίνῃ. V. 3. ποῦ τὸ χεῖλος. Scr. ποῖ. Cf. nr. 133. v. 5. — Nr. 109. in membr. cum praecedente cohaeret. V. 2. ἀλλ' ἔῤῥιπται χαμαί. Fortasse ἔῤῥιπται δὲ χαμαί. — Nr. 110. νικαρ. Br. II. 353. nr. 16. An. II. 3. p. 32. V. 6. ἀπεκρέμασε. P. Br. ἀπεκρέμασεν. Pl. — Nr. 111. Sine lemmate. Sed quum praecedat epigr. *Nicarchi*, et sequenti tetrasticho adscriptum sit τοῦ αὐτοῦ, vix dubitari potest, hoc quoque distichon cum sequentibus eidem poëtae tribuendum esse. In Plan. p. 158. St. *Lucillii* nomen praefixum. Br. III. 172. nr. 109. ut ἀδέσποτον. An. III. 1. pag. 346. V. 2. ἀπηγχόνισεν. P. Plan. ἀπηγχόνισε. Br.

Nr. 112. εἰς ιατρ τ αὐτ. Br. II. 324. nr. 38. tamquam *Lucillii*, cui cum seqq. tribuitur in Plan. p. 147. St. An. II. 2. p. 465. V. 2. εἰπὲ τάλας. P. τάλαν. Pl. Br. metro claudicante. Nominativus pro vocativo bene habet. οὕτω εὔοκοπος. P. οὕτως εὔκοπος. Pl. Br. εὔσκοπος restitui; idem quod εὔστοχος. Apollon. Rh. IV. 1716. Αἰγλήτην μὲν

εὐσκόπου εἵνεκεν αἴγλης Φοῖβον κεκλόμενοι. Christodor. Ecphr. 368. πᾶσιν μὲν εὔσκοπος εἴδετο μάντις. Philostr. Vit. Soph. p. 556. εὐσκόπως εἶχε τῶν ἀποκρίσεων. V. 3. ὀλυμπικόν. P. Pl. Br. Ὀλυμπιχὸν corr. Scaliger in not. mst. Ὀλυμπικὸς μάντις recurrit in ep. *Nicarchi* nr. 162. De utraque nominis forma dixit Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 19. Bast. et Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 292. Hic Ὀλύμπικος scribendum existimat. — ἀλλα διαυτοῦ. P. ἀλλὰ δι᾽ αὐτῆ. Plan. δι᾽ αὐτῆς. Br. pro arbitrio. Acute Scaliger, ἀλλὰ διαυγοῦς. Rectius tamen, ni fallor, scripseris: ἀλλὰ διαυγῆ .. βλέφαρα. *oculos pellucidos* (non, ut Olympici, obscuratos) ex gemma pellucida factos. Quint. Smyrn. L. XII. 144. in descriptione fabricae equi duratei: οὔατα δ᾽, ὀφθαλμούς τε διειδέας, ἄλλα τε πάντα. Furti insimulari medicum existimabat Lessingius. Longe aliam viam ingressus Graefius Epist. cr. in Bucol. gr. pag. 11. corrigit: οὐ μόνον ἐκτύφλωσεν Ὀλυμπικόν, ἀλλ᾽ ἀδιάντου Εἰκόνος ... quod ob similitudinem cum vestigiis membr. blanditur; sed exempla desidero verbi διαίνειν pro ἀλείφειν, et ἀδίαντος pro ἀνηλιφής usurpati. V. 4. ἐξέβαλεν. P. Pl. ἐξέβαλε. Br.

Nr. 113. τοῦ αὐ. Br. II. 324. nr. 36. ut *Lucillii* ex Plan. p. 147. An. II. 2. p. 463. — *Nr.* 114. τοῦ αὐ. Br. II. 325. nr. 41. item ut *Lucillii*. An. II. 2. p. 467. V. 1. ἑρμογένην. P. ἑρμογένη. Pl. Br. Cf. p. 534. nr. 190. V. 3. ὁ Κρόνος. P. Pl. Recte de sidere infesto Grotius: *Ridens ille, mihi Saturnus tarda minatur.* ὁ χρόνος. Br. Vulgata tamen in hoc disticho non videtur integra; praesertim verba σὺ νόει, si sensum habent, certe frigent. Saltem distinctione post λέγει deleta, junge, σὺ νόει τί ὁ Κρόνος λέγει. Suspicabatur Orell. in Append. ad Isocr. Or. π. ἀντιδ. p. 405. τί μὲν ὁ Κρόνος ἐννεάμηνος, φησί, λέγεις σύ, ποιεῖ· τἀμὰ δὲ ... *tu quidem narras, quae Saturnus post decem menses facturus sit.* Nondum me poenitet conjecisse: τί μέγ᾽, εἰ Κρόνος ἐννέα μηνῶν, φησί, λέγει σύνοδον; *quid tam magnum, si Saturnus mihi novem mensium portendit terminum?* σύνοδος μηνῶν dictum per periphrasin, ut in Append. T. II. p. 802. nr. 136. δισσὴν πληρώσας πεντάδα τῶν συνόδων. In his saltem probabile: τί μέγ᾽, εἰ. .. Lucian. T. VIII. p. 291. οὗτος δέ, τί μέγα, εἰ ἐμπεσὼν τεθνήξεται συναρμοσθεὶς ὑπὸ τοῦ πυρός. Plutarch. Vit. Lycurg. c. 20. καὶ τί μέγα, ἔφη, Ἠλεῖοι ποιοῦνται, δι᾽ ἐτῶν πέντε ἁμέρᾳ μιᾷ χρώμενοι τᾷ δικαιοσύνᾳ; Liban. T. IV. p. 499. 17. καὶ

γὰρ εἰ μὲν ἐμέλλετε στρατηγοῦ στερήσεσθαι μόνον, τάχ' ἂν ἦν οὐ μέγα. Sed ap. Eund. T. IV. p. 178. 28. *τί τοῦτο τῇ πόλει, κεῖσθαί με νοσοῦντα.* Reiskius sine causa idonea tentat, *τί μέγα τοῦτο.* P. V. 6. *ἀπεσκάιρισεν.* P. Pl. sine *ν* Br.

Nr. 115. *τον αν.* Br. II. 325. nr. 39. An. II. 2. p. 466. tamquam *Lucillii* cum Pl. V. 1. *ἔχῃς.* P. *ἔχεις* editt. ante St. V. 2. *ἴασιν.* P. *Ἴσιν.* Pl. Br. *ἀλφικράτη.* P. *ἀμφικράτη.* Pl. *ἀρποκράτην.* Br. pluribus praeeuntibus. V. 3. *θεός.* P. Br. *θεόν.* Pl. — *Nr.* 116. *τ αυτ.* Br. II. 325. nr. 40. An. II. 2. p. 466. ut *Lucillii.* — *Nr.* 117. *στράτων.* Br. II. 389. nr. 99. An. II. 3. p. 128. V. 1. *χρύσην. ἔχρισεν.* P. *ἔχρισεν.* Br. *ἐνέχρισεν.* Pl. ut mox nr. 122. *πέντ' ἐνέχρισε πάλιν.* nr. 126. *ἂν δὲ δὶς ἐγχρίσῃ με.* V. 2. *μακρόν.* P. Pl. *μακρῶν,* quod in nonnullis codd. legi observavit Opsopoeus, recepit Br. V. 5. *διπλεθρῶ.* P. *διπλέθρον.* Pl. Br. V. 10. *οὐκέτι μήποτ' ἴδῃ.* sic omnes. Br. suspicatur, *οὐκέτ' ἂν οὔποτ' ἴδοι.* Vulgatam sic accipe: *φοβητέον, μὴ οὐκέτι ἴδῃ ποτ' οὐδ' ἐλέφαντα.* — Cum hoc epigrammate in membr. cohaeret

Nr. 118. quod infra p. 552. *Callicteri* inscribitur; in Planud. p. 148. St. *Nicarcho.* Ut Nicarchi exhibuit Br. II. 355. nr. 27. An. II. 3. p. 40. V. 1. *οὔ μ' ἔκλυσε Φείδων, οὐδ' ἥψατο* malebat Br. — *Nr.* 119. *τ αυτ.* Infra p. 552. *Callicteris;* in Plan. *Nicarchi.* Br. II. 355. nr. 26. An. II. 3. p. 39. V. 1. *ὁ ἰατρός.* P. 1. *ἰητρός.* P. 2. Pl. Br. V. 2. *γινώσκει.* P. 1. *γιγνώσκει.* P. 2. Pl. V. 4. *τὸν φακον.* P. 1. Br. *τὸν τάφον.* P. 2. Pl. — *Nr.* 120. *τ αυτ.* Br. II. 356. nr. 28. An. II. 3. p. 40. V. 2. *τετραπέδους.* omnes. *τετραπόδους* Scaliger in not. mst. Alio sensu *τῆς τετραπόδου λείας* dixit Polyb. I. 29. p. 76. Nihil tamen prohibet, quominus idem vocabulum de mensura usurpatum fuerit. Commemoratur etiam *ἑξάποδος* ap. Steph. Th. L. Gr. T. III. p. 514. F. G. Inter *ἑκατόμποδον* et *ἑκατόμπεδον* fluctuant libri ap. Homer. *Ἰλ. ψ.* 164. ubi vid. Heyn. T. VIII. p. 391. qui *ἑκατόμπεδον* praetulit cum Wolfio. V. 4. *τέθνηκεν, γέγονεν.* P. Pl. *τέθνηκε, γέγονε.* Br.

Nr. 121. *τ αυτ.* Br. II. 356. nr. 29. An. II. 3. p. 40. — *Nr.* 122. *τ αυτ.* Br. II. 356. nr. 30. An. II. 3. p. 40. V. 1. *πέντε ἰητρός.* P. *πέντ' ἰητρ.* Pl. Br. *ἰατρὸς* primam in thesi producit etiam alibi, ut

ap. Theocr. Eid. XI. 5. In hiatu non haeserunt Plan. et Br. infra nr. 188. ubi omnes ἂν δὲ ἰατρεύῃ. V. 2. πάλιν, ut *rursus*, orationi continuandae inservit. ἅμα suspicabatur Casaub. in not. mst. P. V. 4. γέγονεν. P. Pl. γέγονε. Br. — *Nr.* 123. ἠδύλου. Br. I. 484. nr. 5. (9.) An. I. 2. p. 339. In Plan. ed. Flor. pr. et Ald. 1. ἄδηλον, quod fortasse ex ἡδύλου natum. V. 2. εἰςῆλθεν. P. Pl. εἰςῆλθε. Br. V. 3. ἀκόνιτος. P. ἀκόνιτον. Pl. Br. Illud restitui; ubi venenum est, ait, quod tam pestiferam naturam habeat? Dicitur τὸ ἀκόνιτον et ἡ ἀκόνιτος. Etymol. M. p. 46. ed. Lips. ἀκόνιτον, βοτάνη δηλητηριώδης. . . Εὐφορίων δὲ θηλυκῶς λέγει τὴν βοτάνην. — V. 4. μίτραις. P. μήτραις. Plan. editt. vett. usque ad Ascens. — *Nr.* 124. νικαρ. Br. II. 356. nr. 31. An. II. 3. p. 41. V. 2. ἐστέρησεν. P. et ed. Flor. Aldd. tres. ἐστέρισεν. Asc. St. ἐστέρισε. Br. Hinc et ex epigr. ἀδεσπ. p. 551. nr. 335. v. 4. στερίζω venit in Lexica. Scripsi ἐστέρεσεν cum Schaefero ad Apoll. Rh. T. II. p. 68. — V. 5. κηρύκιον γάρ. Quum in κήρυκος media syllaba producatur, Bothius in not. mst. corrigit: κηρύκειον ἔχων. Fuisse tamen inter veteres grammaticos, qui ῠ in hac voce interdum corripi posse existimarent, apparet ex Etym. M. p. 511. 45. (464. ed. Lips.) Eustath. ad Ἰλ. ρ. p. 1145. 50. Hos igitur Nicarchus secutus esse videtur. Antimachi locum, ubi in κήρυκας media vulgo corripitur, emendare conati sumus in Addit. ad Athen. p. 257. ἔχω. P. ἔχων. Pl. Br.

Nr. 125. ἀδέσποτ. Br. III. 169. nr. 96. An. III. 1. p. 340. V. 3. ἀπενταφόων. P. ἀπ' ἐνταφίων. Pl. Br. V. 4. εισεπιδεσμεύειν. P. Pl. εἰς ἐπιδ. Br. V. 5. εἰς ἐνταφιάζειν. P. Br. εἰσενταφ. Pl. Recte praepositio in utroque versu a verbo sejungitur. Notanda articuli ellipsis ante infinitivum, modo praecedente praepositione, modo sine ea. Sic p. 548. nr. 16. τὸν δ' εὐθὺς στεφανοῦν ἀθλοθέτης ἐκάλει. p. 551. nr. 332. οὐ πλεῖν, ἀλλ' ἀντλεῖν ἡμᾶς Εὔανδρος ὁ πρωρεὺς Εἰς τὴν εἰκόσορον φαίνεται ἐμβιβάσας. p. 572. nr. 22. καὶ πρὸς ἀναγνῶναι φωνὴν μέλι. p. 596. nr. 175. τὸν μὲν ἐπ' οὐδὲν ἰδεῖν, τὸν δ' ἐπὶ μοῦνον ἰδεῖν. Liban. T. IV. p. 1061. 9. ἄνδρες δὲ ἄρτι πόλεως ἦσαν (scr. ἐξῄεσαν), οἷς βίος πρὸς θήραν· ἐπαγόμενοι θῆρας (scr. κύνας) ἅμα καὶ στάλικας, οἷς ἐστι (fort. καὶ ἵππους ἐς τὸ) θηρᾶν· καὶ διώκειν μὲν ἵππους, ἰχνεύειν δὲ κύνας.

Nr. 126. ἄδηλο. Br. III. 169. nr. 95. An. III. 1. p. 340. V. 2. καινόν. P. Br. κενεόν. Pl. Ap. Achill. Tat. L. VII. 11. p. 502. οὐ

παύσεσθε φληνάφων, καινῶν καὶ τηλικούτων ἔργων τιθέμενοι παιδιάν. scr. cum Bodenio φληνάφων κενῶν. quod in edit. Bip. neglectum. — τῶν γναφικῶν. P. Pl. γραφικῶν Br. cum pluribus. Vera videtur correctio. Quum tamen multa sint in talibus, quae ignoremus, et fieri possit, ut etiam fullones spongiis usi sint, a membr. recedere non sum ausus. — *Nr.* 127. εἰς ποιητάς. πολλιανοῦ. Br. II. 439. nr. 2. An. II. 3. p. 269. V. 3. τοίνυν raro initio orationis collocatur, nec sine corruptelae suspicione. Vide igitur, an τοιγάρ scribendum sit. Ap. Plutarch. Vit. Rom. c. 17. scr. ex codd. τοῦτο τ ο ί ν υ ν καὶ πρὸς τὴν Ταρπηΐαν τότε παθών.

Nr. 128. τ αὐτ. Br. II. 439. nr. 3. An. II. 3. p. 269. V. 4. χοιρείας. P. χηρείας et χειρείας editt. Pl. χοιρείης. Br. „Florus, ob acceptam in agone musico coronam celebrato convivio, Polliano, qui invitatus non adfuerat, frustum suillae carnis miserat." ¶. V. 5. τοὶ γάρ (τοι) θάρσει. P. τοιγάρ θάρσει. Pl. Br. πάλιν. P. πάλι. Pl. Br. γίνου. P. γίγνου. Pl. — *Nr.* 129. κεραλίου. Br. II. 345. nr. 1. An. II. 3. pag. 7. In Plan. pag. 165. St. λουκιανοῦ. — *Nr.* 130. πωλλιαν. Br. II. 439. nr. 1. An. II. 3. p. 267. V. 1. ἐπεῖτα. P. V. 4. πάλιν. P. πάλι. Plan. Br. V. 6. χελιδόνεα. P. et editt. usque ad Steph. qui χελιδόνια dedit. Sic Br. Theocr. Eid. XIII. 140. κυάνεόν τε χελιδόνιον.

Nr. 131. λουκιλλ. Br. II. 332. nr. 76. An. II. 2. p. 487. V. 1. πάντ' ἐγενήθη. omnes usque ad Br. qui ἐπεκλύσθη tacite correxit. Durior in vulgata oratio, nec nisi per anacoluthiam explicanda. Junctae sunt enim duae locutiones, altera per passivum elata: οὔτε ἐπὶ Δευκαλίωνος τοσοῦτοι ἀπώλοντο. altera per activum: οὔτε Φαέθων καταπρήσας τοὺς ἐπὶ γῆς τοσούτους ἀπέκτεινεν. De forma ἐγενήθη, bis in hoc epigr. obvia, dixit Heyn. ad Apollod. T. I. p. 7. — V. 5. κατὰ τεσσ. P. κακά. Pl. Br. Ap. Liban. T. III. p. 40. 11. τί γὰρ ἂν τοῦ διαφθείρεσθαι τοὺς νέους ... δεινότερον καταγένοιτο. scribendum videtur, δεινότερον κακὸν γένοιτο. — *Nr.* 132. τ αὐτ. Br. II. 333. nr. 80. An. II. 2. p. 490. In Plan. p. 164. St. ἄδηλον. V. 2. ἤρεσε. P. et ed. St. antea in omnibus editt. erat ἤρεσκε. — εἴπῃ. P. εἴπῃ. Br. εἴποι. vulg. — V. 4. ἄγαν, posteriore producta. Vid. Br. ad Soph. Oedip. T. 439. ad Aristoph. Nub. 199. 1120. V. 5. οὕτως. P. Br. οὕτω. Pl. quod suavius ad aures accidit. ἔχων. P. ἔχον. Pl. Br.

Nr. 133. τ αὐτ. Br. II. 333. nr. 77. An. II. 2. p. 488. V. 1. εὐτυχίδας. P. εὐτυχίδης. Pl. Br. V. 3. αὐτῷ. P. αὐτῷ. Pl. Br. V. 5. ποῦ. P. Pl. ποῖ scripsi c. Schaefero Melet. p. 98. Contra ap. Achill. Tat. III. 17. p. 137. scr. εἰ διάκονος θεοῦ τις (sic codd.) εἶ, δέομαί σου, ποῦ (ποῖ vulg.) γῆς εἰμι. At Ib. L. VIII. 2. pag. 312. ποῦ φεύγωμεν τοὺς βιαίους; scr. ποῖ. ἀπέλθει. P. ἀπέλθῃ. Pl. ἀπέλθοι corr. Br. quod minime probandum. V. 6. γῆν κατέχειν miror dici eum, qui *apud inferos* versatur. Longe alio sensu Xenoph. Cyrop. II. 1. 1. προσευξάμενοι θεοῖς καὶ ἥρωσι, τοῖς Περσίδα γῆν κατέχουσι et alii in similibus. Quare vide, an scribendum sit: ἐπεὶ χάδην Εὐτυχίδης κατέχει.

P. *Nr.* 134. τ αν. Br. II. 332. nr. 74. An. II. 2. p. 486. V. 2. ταῦτα. P. Pl. στάντε tacite correxit Br. Cogitari possit de ἄντα πρὸς ἀλλήλως, respectu habito ad Homericum, ἄντα μάχεσθαι. Ἰλ. τ. 163. ἄντα τιτύσκεσθαι. Ὀδ. ω. 181. — *Nr.* 135. τ αν. Br. II. 333. nr. 78. An. II. 2. p. 489. V. 1. μὴ κέτι. P. V. 2. παρὰ σοί. P. et Schol. Wechel. Br. παρὰ σοῦ. Vulg. V. 3. πάλιν in P. omissum supplet Pl. Br. V. 4. σταζόμενον. P. σφαζόμενον. Pl. Br. Sic supra p. 415. nr. 349. ἀκεστορίης, in Cod. scriptum ἀκεσφορίης. V. 5. πάσχων. P. πάσχω. Pl. Br. V. 6. οἱ καταδείξαντες. P. Pl. Br. οἱ καταλείξαντες corr. Scaliger ad Sueton. T. I. p. 658. ed. Burm. idque ad legem quandam Caligulae refert. Doctior conjectura quam verior. Vulgatam tuetur Lobeckius ad Soph. Ajac. p. 401. poëtam judicans iis imprecari, qui scribendi artem in lucem protulerint, papyri et calamorum inventoribus. In hunc sensum etiam Huetius accipiebat haec verba. Orell. in Append. ad Isocr. Or. π. ἀντιδ. p. 406. corrig. σοὶ καταδείξαντες. *qui te legere et scribere docuerunt.* Sed in hac sententia articulum abesse posse dubito.

Nr. 136. τ αὐτοῦ. Br. II. 333. nr. 79. An. II. 2. p. 490. V. 3. προσελθών. P. προελθών. Pl. Br. Illud restitui, *me petens.* — V. 6. ἡμερίων. H. de Bosch, vulgatae patrocinio suscepto, ἡμερίους *mortales* significare multis exemplis docuit, de quo nemo dubitabat; sed quomodo haec significatio cum totius enuntiationis sensu conciliari posset, non docuit. Grotius vertit: *Jam si quid miserere, canent tua signa receptum: Obtinuit bellis otia flens Priamus.* Suspicabar ἠρεμίας, quod de induciis accipiebam, quas Priamus precibus apud Achillem

obtinuit. Sed quum sic tautologia quaedam insit in verbis εἰς ἀνοχὰς et ἠρεμίας, aliud quid latere facile crediderim. — ἔτυχεν. P. Pl. ἔτυχε. Br. — Nr. 137. τ αὐτ. Br. II. 332. nr. 73. An. II. 2. p. 485. In Plan. p. 165. est ἄδηλον. V. 6. ἔνθεν μακρὰν ἄρας. P. Pl. μακρὰν ἔνθεν ἄρας. Br. In ἄρας prior syllaba non magis potest corripi, quam posterior in μακράν. Quare scripsi: ἔνθεν μάκρ', ἄρας... Est etiam in μακρὰ spatii significatio, ut in μακρὰ βιβάς, μακρὰ ἀΰσας. Vid. Kuhn. ad Aelian. V. Hist. I. 23. Malim tamen in Cod. reperiri: εἰ δ' ἐστι τὸ κῦμα Μακρὰν, ἀλλ' ἄρας εἰς τὸ φρέαρ με βάλε. Friedemannus de Med. Syll. Pent. p. 326. ἔνθε μακρὰν ἄρας corrigendum censet, comparans adverbia ἔνερθε, ὄπισθε, et similia, quorum exempla congessit Bast. ad Gregor. Cor. p. 166. s.

Nr. 138. εἰς γραμματικοὺς. λουκίλλου. Br. II. 327. nr. 48. An. II. 2. p. 472. V. 2. σολοικίζων. P. σολοικίζον. Pl. Br. qui σολοικισμὸν δέχεται suspicatur. De magicis defixionibus usurpatum verbum δέω illustravi in Animadverss. Mox nr. 148. κἀγὼ τοῦτον ἰδὼν τὸ στόμα μου δέδεται. Addo Harpocr. in καταδεδέσθαι. Vales. ad Euseb. de Laudib. Const. p. 532. C. (T. I. p. 255. C. ed. Parisin. 1678.) Valken. ad Herodot. IV. p. 312. 65. Astium ad Platon. de Rep. p. 406. σολοικίζον dictum per prolepsin, quam vocant.

Nr. 139. τ αὐτοῦ. Br. II. 317. nr. 4. An. II. 2. p. 438. In Plan. p. 138. ἄδηλον. V. 1. γραμματικὸν ζηνωνὶς ἔχει πώγωνα μένανδρον. P. γραμματικὸς Ζήνων ὃς ἔχει π. μ. Pl. Melius Br. γραμματικὸς Ζήνωνος ἔχει πώγωνα Μένανδρος. At nec hoc cum sequentibus satis vinctum, et *barba Zenonis* ad Stoicorum sapientiam significandam non valde apta. Nec quod ipse in margine conjeci satis firmum. V. 2. φὴς συνεστ. P. φησὶ συν. Plan. φῂς οὐ συν. Br. V. 3. αὔτη μελέτη. P. αὐτῇ μελέτῃ. Pl. αὐτῷ μελετῶν. Br. cum Salm. αὐτὸς μελετῶν. Scaliger in not. mst. οὕτως. P. Pl. οὗτος. Br. cum Huetio. Membr. Palatin. lectionibus denuo perpensis, totum hoc epigr. non in Grammaticum paediconem, quod vulgo existimant, compositum esse existimo, sed in mulierem Grammatici moecham. Sic enim, una duabusve litteris leviter immutatis, legendum videtur:

Γραμματικὸν Ζηνωνὶς ἔχει πώγωνα Μένανδρον·
τὸν δ' υἱὸν τούτῳ φησὶ συνεστακέναι·
τὰς νύκτας δ' αὐτῇ μελετῶν οὐ παύεται οὗτος,
πτώσεις, συνδέσμους, σχήματα, συζυγίας.

Sic haec satis faceta. Mulieris nomen *Ζηνωνίς* (V. Suid. in ἁρμάτιος. T. I. p. 352. et T. II. p. 9.) fictum fortasse ad significandam mulierem philosophiae et eruditionis studiosam. Illa Menandrum alebat quendam, quod ad barbam, Grammaticum, eique se filium in disciplinam tradidisse narrabat. Sed ille Zenonidem exercebat per noctem, casus, copulas, conjugationes et schemata illi tradens.

Nr. 140. τ αὐτοῦ. Br. II. 323. nr. 28. An. II. 2. p. 257. V. 1. ταύταις ταις ... ἀοιδομάχαις. P. τούτοις τοῖς ἀοιδομάχοις. Pl. Br. V. 2. τοῖς. P. Br. ταῖς. Pl. V. 3. πεῖν. P. πίν. Pl. Br. Illud ob cod. auctoritatem praetuli Ex plebejo sermone Lucillium hoc adoptasse suspicatur Buttmannus in Mus. Stud. Antiqq. I. 1. p. 247. sq. P. V. 4. πρτάμω. P. — *Nr.* 141. εἰς ῥητορ λουκίλλου. Br. II. 334. nr. 84. An. II. 2. p. 493. V. 3. δέ μοι. P. δ' ἐμοί. Br. V. 8. Sensus est: non convenit inter orationem Meneclis et rem, de qua dicere instituit. — *Nr.* 142. τ αὐτ. Br. II. 335. nr. 87. An. II. 2. p. 496. Ap. Plan. p. 170. St. *Ammiano* tribuitur. V. 3. ταύτῃ. P. ταυτί. Pl. Br. V. 4. σκεψάμενος. P. Pl. σκηψάμενος. Br. nescio quare. *Σκέπτεσθαι* usurpatur de oratore, qui dicenda dispicit et meditatur; unde ἐσκεμμένος ῥήτωρ, *probe meditatus*, ap. Polluc. IV. 20. Demosth. Or. in Mid. T. I. p. 576. 15. τάχα τοίνυν ἴσως καὶ ταῦτ' ἐρεῖ, ὡς ἐσκεμμένα καὶ παρεσκευασμένα πάντα λέγω νῦν ἐγώ. ἐγὼ δέ γ' ἐσκέφθαι μέν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι, φημί, καὶ οὐκ ἂν ἀρνηθείην, καὶ μεμελετηκέναι. Vid. Ernest. Techn. Rhet. p. 308. Verus orator res et orationem, Criton voculas tantum et vocularum formas circumspiciebat.

Nr. 143. τοῦ αυ. Br. II. 335. nr. 85. An. II. 2. p. 494. V. 3. ἐθέλεις. margini adscriptum ηισ i. e. ἐθέλῃς. P. V. 4. μελέται. P. μελέτω. Pl. μελέτα. Br. c. Brodaeo. V. 5. γάρ σοῦ. P. γάρ σου. Pl. Br. Illud antithesis rectius esse ostendit. V. 6. σολοικίζει. quaedam editt. Plan. — *Nr.* 144. κεφαλίου. Br. II. 345. nr. 2. An. II. 3. pag. 8. V. 1. παράσημα. Vid. de hac voce ad Themist. Or. XXI. p. 255. D. in Append. ad Dion. Halic. de Comp. Verb. a Fr. Göllero edit. p. 271. s. Insolentius de infantibus male natis Gregor. Naz. Carm. II. T. II. p. 54. A. ἠλιτόμηνα, καὶ ἔκφρονα, καὶ παράσημα, λώβην ἀνδρομέης γενεῆς. V. 2. ἐστίν. P. Pl. ἐστί. Br. V. 3. κάρκιρε. P. κάρκαιρε. Pl. Br. Vid. Homer. Ἰλ. υ. 157. et Heyn. T. VIII. p. 40.

Non sine causa Cerealius exempla verborum *inanem strepitum* significantium cumulat. V. 5. τοῖσ πράγμασι. P. et editt. vett. τοῖς γράμμασι. ed. Asc. St. Br. Hoc sine dubio verius. De illorum vocabulorum confusione vid. Bastium ad Gregor. Cor. pag. 185. not. *** Schaefer. ib. p. 284. — V. 6. ὥς γε. P. ὥςτε. Pl. Br.

Nr. 145. ἄδηλον. Br. III. 171. nr. 104. An. III. 1. p. 344. V. 2. ῥήτωρ ἦν εἰκών. P. Pl. Br. Si sincera est lectio, ἦν pro ἐστὶ positum, qui usus non apud Atticos tantum obtinet (vid. Heindorf. ad Platon. T. II. p. 328. T. IV. p. 54.), sed apud alios quoque, ut Theocrit. Eid. V. 79. ἦ στωμύλος ἦσθα, *Κομάτα.* ubi vid. Schaefer. p. 220. Theognis v. 519. πλήθει δ' ἀνθρώπων ἀρετὴ μία γίγνεται ἥδε, *Πλουτεῖν*· τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν ἄρ' ἦν ὄφελος. Herodot. IV. 64. δέρμα δὲ ἀνθρώπου ἦν ἄρα σχεδὸν δερμάτων πάντων λαμπρότατον λευκότητι. Ap. Aelian. autem H. A. XI. 11. οὐκ ἦν δὲ ἄρα, οὔ. certe voculae οὐκ ἦν non sunt depravata; nec ap. Liban. T. IV. p. 898. 12. τοῦτο δὲ ἦν ἀποστερῆσαι ταφῆς. lectio vulgata sollicitari debet. In nostro epigr. Scaliger in not. mst. corrigit: ῥήτορος ἥδ' εἰκών. Ipse malim: ῥήτωρ ἥ γ' εἰκών. *imago quidem orator est;* meditari enim videtur; orator autem nonnisi imago imaginis. Saltem transponenda vocabula: εἰκὼν ἦν ῥήτωρ.

Nr. 146. ἀμμιαν̆. Br. II. 385. nr. 2. An. II. 3. p. 135. In Plan. p. 170. St. Ἀββιανοῦ, ut supra p. 509. nr. 13. 14. 15. 16. V. 2. πεντάκι διακοσίους. P. ed. pr. Flor. Ald. pr. Asc. πέντε διακοσίους. Ald. 2. 3. Membr. lectionem cum Br. restitui. In διακοσίους duae priores syllabae in unam coalescunt. Vid. Br. in not. ad h. l. et supra ad p. 446. nr. 524. v. 9. Adde Hermann. Elem. Doctrinae Metr. p. 54. s. et p. 86. ed. sec. — V. 3. μέν, φησίν. P. Junge νῦν μέν· φησὶν autem orationi interjectum. ¶. *Nr.* 147. τ̆ αυ. Br. II. 385. nr. 3. An. II. 3. p. 136. — *Nr.* 148. λουκίλλιυ. Br. II. 335. nr. 86. An. II. 2. p. 495. V. 1. πρώιην. P. V. 2. ἐβαρβάρισεν. P. sine littera paragogica Pl. Br. V. 4. κἀγώ ... ἰδὼν .. τὸ στόμα μου δέδεται. Vid. not. ad p. 318. nr. 707. v. 8.

Nr. 149. ἄδηλον. Br. III. 171. nr. 105. An. III. 1. p. 344. In Plan. p. 170. St. *Ammiano* inscribitur. V. 1. μέδον. P. Br. μέδων. Pl. — *Nr.* 150. ἀμμιαν̆. Br. II. 385. nr. 1. An. II. 3. p. 135. V. 1. κατ' ἐνύπνιον. Dicendum fuerat ἐνύπνιον ἰδὼν aut ἐξ ὀνείρου

ὄψεως. Illud enim *somniantem* Athenagoram dedicasse pileum significat. Vid. Phrynich. Eclog. p. 186. V. 3. οἴσομεν Ἑρμῇ. *Mercurio dedicabimus*, cujus favore Athenagorae ars, sicut ἑρμαῖον aliquod, forte per somnium obtigit. — *Nr.* 151. ἀδέσπο. Br. III. 170. nr. 101. An. III. 1. p. 343. V. 1. ῥήτορος εἰκών. P. Pl. εἰκόνος εἰκών. Br. e Casaubono ex nr. 145. De rhetore Rufo Ausonius epigr. 51. *Diceret sed ipse vellem, rhetor hoc mi: non potest. Cur? ipse rhetor est imago imaginis.* V. 2. λαλέει· οὐδέν. Hiatum interpunctio excusabilem reddit. — *Nr.* 152. ἀμμιαν. Br. II. 385. nr. 4. An. II. 3. p. 136.

Nr. 153. εἰς φιλοσόφους. λουκίλλου. B. II. 323. nr. 30. An. II. 2. p. 460. V. 1. κάνυποδ. καὶ ῥιγοῦν. Parasitus in philosophos invectus ap. Liban. Tom. IV. p. 223. 13. οἷς ἔργον οὐδέν, ἢ τὸ τιμωρεῖσθαι σφᾶς αὐτούς, ὡς ἀδικοῦντας, καὶ πιέζειν ἀγρυπνίᾳ, καὶ λιμῷ καὶ πόνοις· τοὺς ὠχριῶντάς γε (fortass. ὠχριῶντας λέγω), τοὺς ἀνυποδήτους, τοὺς γυμνοὺς ἐξ ἡμισείας. V. 4. καὶ σὲ λέγουσι Κύνα. et ego fustem gero, et tu Canis audis; ut recte igitur fuste in te usurus sim. — *Nr.* 154. τ αυτ. Br. II. 326. nr. 47. An. II. 2. p. 471. V. 3. ἐκ τριόδου. ἐν τριόδῳ malebat Casaub. in not. mst.

Nr. 155. τ αυτ. Br. II. 318. nr. 6. An. II. 2. p. 441. In Plan. p. 187. *Ammiano* inscribitur. V. 2. ῥιγομάχος. P. ῥιγομάχας. Pl. Br. utraque forma proba. Vid. ad p. 403. nr. 285. V. 4. κακοστομάχων. nunc non magis quam olim intelligo. Fortasse scribendum, ἔργα κακοστομάτων, in quo vocabulo arguta est ambiguitas, quum et de fellatore, et de eo, qui oris foetore laborat, accipi possit. — *Nr.* 156. ἀμμιανοῦ. Br. II. 388. nr. 21. An. II. 3. p. 143. V. 1. οἴει. ut ὄψει. nr. 191. v. 6. Vid. ad p. 90. nr. 16. v. 1. p. 290. nr. 524. v. 6. P. V. 3. κείρων. P. κεῖρον. Pl. Br. De philosopho Alciphr. L. III. 55. p. 404. οὗτος ὁ πρεσβύτης, ὁ κουρειῶν τὸ γένειον. Scr. ὁ κορειῶν. V. 4. γέγονεν. P. Pl. γέγονε. Br.

Nr. 157. τ αυτοῦ. Br. II. 383. nr. 22. An. II. 3. p. 144. V. 1. ποῖ δὴ καὶ πόθεν. Vid. de hac formula, perperam olim in duas discerpta, Ruhnk. ad Xenoph. Memor. p. 231. (p. 306. ed. Schneid.) Schaefer. ad Dion. Hal. p. 99. — *Nr.* 158. ἀντιπάτρ. Br. II. 22. nr. 61. An. II. 1. p. 57. V. 2. βριθὺ σιπωπείου. P. βριθοσιπωπίτου. Pl. βριθὺ σιπωπίτου. Br. Forma σιπώπειος non occurrit, sed σιπωπεύς, et σιπωπίτης. V. 2. διογένους. P. διογένευς. Pl. Br. V. 3.

ῥυπόεντι. P. Br. ῥυπόωντι. Pl. Ap. Homer. Od. ν. 435. χιτῶνα ῥυπόωντα. quidam ῥυπόεντα. — πεπαλαγμένον. P. et sic Lectt. Ald. 1. cui St. obtemperavit. Reliquae fluctuant inter πεπλασμένον, πεπλαγμένον, πεπλαμένον. Iis, quae in Animadverss. attulimus, adde Orph. Argon. 568. αἵματι καὶ κονίῃ πεπαλαγμένον. Ib. 1241. τοίῳ σφι λύθρῳ πεπαλαγμένοι ἐστέ. Apollon. Rhod. III. 1046. σάκος πεπαλαγμένον ἔστω Καὶ ξίφος. V. 4. διπλάδιον. P. Ald. 2. ex Lectt. Ald. pr. Vulgo διπλάσιον. Illam formam ex hoc uno loco novi. V. 5. ἦ γάρ. P. Aldinae tres. Br. ἦν γάρ. Asc. St. V. 6. οὖν. P. ὄυν. Pl. Br. V. 8. ὅπλατ' ἃ μή. P. ὅπλα τὰ μή. Pl. Br.

Nr. 159. εἰς μάντεις λουκίλλου. Br. II. 326. nr. 45. An. II. 2. p. 470. — *Nr.* 160. τ αὐτ. Br. II. 325. nr. 42. An. II. 2. p. 468. V. 4. ποεῖ. P. ποιεῖ. Pl. Br. Vid. p. 422. nr. 380. v. 4. p. 458. nr. 598. v. 7. — *Nr.* 161. τ αὐτ. Br. II. 325. nr. 43. An. II. 2. p. 469. V. 3. ἐὰν ἤδη. P. Pl. ἐάν γ' ἤδη. corr. Hermann. ad Orph. p. 767. — *Nr.* 162. νικαρ. Br. II. 352. nr. 14. An. II. 3. p. 31. V. 1. εἰ πλεύσει. P. Br. πλεύσοι, τὶς 'Ολ. Pl. V. 6. βάλῃ. P. λάβῃ. Pl. Br. quod amplexus sum.

P. *Nr.* 163. λουκίλλου. Br. II. 326. nr. 44. An. II. 2. p. 469. Cf. Ausonii ep. 93. V. 4. τοῖς ἱεροῖς. De commentariis sacris accipiebam olim; sed linguae usus victimas jubet intelligi. V. 5. μή τις σε. Sic omnes. Pronomen acuendum esse apparet. V. 6. καταστέψῃ. P. καταστρέψῃ. Pl. Br. Vid. ad p. 401. nr. 270. — *Nr.* 164. τ αὐτ. Br. II. 326. nr. 46. An. II. 2. p. 470. V. 4. εἰς πέμπτην. P. ἡ πέμπτῃ. Pl. Br. Cod. lectio exquisitior. V. 5. πετόσειριν. P. πετόσιριν. Pl. Br. V. 6. θνήσκει. bis. P. — *Nr.* 165. εἰς μικρολόγους τοῦ αὐτοῦ. Br. II. 338. nr. 98. An. II. 2. p. 501. V. 1. γλίχωνι. P. γλήχωνι. Pl. Br. cf. Salmas. de Cruce ad calcem Dissertat. Th. Bartholini de latere Christi. Lugd. Batav. 1646. 12.

Nr. 166. ἄδηλον. Br. III. 246. nr. 449. An. III. 2. p. 126. V. 1. δέ σε φημι. vulgo. V. 3. et 4. γίνεται. P. γίγνεται. Pl. — *Nr.* 167. πωλλιαν. Br. II. 440. nr. 4. An. II. 3. p. 270. V. 1: ἔχεις; μάθε. Br. Vulgarem distinctionem restitui. Ap. Achill. Tat. I. 10. p. 28. in simili verborum compositione distinguendum videtur: ὅσα δέ ἐστι κοινά, καὶ μὴ τῆς εὐκαίρου τύχης δεόμενα, ταῦτα ἀκούσας μάθε. —

Nr. 168. ἀντιφάν. Br. II. 205. nr. 4. An. II. 2. p. 122. V. 2. ἐπερχόμενος. P. Br. ἐπερχόμενον. Plan. V. 4. γνοὺς ποτ' ἐρωμένιον. P. Br. γνοὺς τι μελισμάτιον. Pl. V. 6. ὀβολόν. P. ὀβολῶν. Pl.

Nr. 169. νικαρ. Br. II. 353. nr. 18. An. II. 3. p. 33. *Nicandro* inscribitur ap. Stobae. Tit. X. p. 126. et in nonnullis editt. vett. Plan. Cf. p. 507. nr. 7. V. 1. δίναρχος. P. Br. δείναρχος. Pl. ὀφείλων. P. ὁ φείδων. Pl. Br. emendatione non minus leni, quam necessaria. V. 4. ἴσος. P. ἴσως. Pl. Br. ὅς κ' ἀπο. P. Br. ὅς γ'. Pl. Stob. i. e. εἴ γέ τις ἀποθνήσκων. In talibus ubi ἂν aut κεν additur pronomini, conjunctivus sequi solet; ut in Platon. Hipp. Maj. §. 6. πολλοῖς συνδοκεῖ, ὅτι τὸν σοφὸν αὐτὸν αὑτῷ μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶναι. τούτου δὲ ὅρος ἐστὶν ἄρα, ὃς ἂν πλεῖστον ἀργύριον ἐργάσηται. qui locus nostro est simillimus. Ap. Oppian. Hal. I. 277. οὐδ' ἀλεγεινότερον καὶ κύντερον, ὅς κεν ἀνάγκῃ Φυξίπολιν πάτρης τελέσῃ βίον ἀλγινόεντα. Br. τελέσει ex Cod. Parisino dederat, quod cl. editor nunc rectius repudiavit. — ἀποθνήισκων. P. ut nr. 164. vers. 6. — V. 6. ἔθανεν. P. Plan. ἔθανε. Br.

P. *Nr.* 170. τ αὐτοῦ. Br. II. 354. nr. 19. An. II. 3. p. 33. In ed. Flor. pr. Ald. pr. *Nicandro* inscribitur; in Stobae. T. X. p. 127. *Platoni* et *Antipatro*. V. 1. θνήισκει. P. V. 3. τοῦτ' αὐτῷ. P. ταῦτ' αὐτῷ. Pl. Stob. et Cod. Nicandri Götting. ταύτην οἱ χαρ. Br. tacite emendavit. Bene habet τοῦτο. Vid. ad p. 522. nr. 103. — V. 4. τεκνίων. P. Pl. Br. τέκνων. Cod. Nicandri. — *Nr.* 171. λουκίλλου. Br. II. 338. nr. 99. An. II. 2. p. 502. V. 2. ἔγραψε. P. ἔγραφε. Pl. Br. V. 3. ψηφ. ἀνέκειτο. P. omisso δ', quam particulam supplet Pl. Br. V. 4. μισθοῦ. P. Pl. μισθόν. Br. c. Scaligero in not. mst. quem imitari non sum ausus. Fit interdum, ut genitivus ab adjectivis pendens periphrasin faciat; ut ap. Platon. Protag. p. 329. A. οἱ ῥήτορες ... δολιχὸν κατατείνουσι τοῦ λόγου. i. e. δολιχὸν λόγον. Vid. Astius ad Platon. de Rep. I. 2. p. 328. — V. 6. λυσιτελῆ. P. λυσιτελεῖ. Pl. Br. V. 7. δὲ οὐδέν. P. δέ γ' οὐδέν. Pl. δ' ὅ γ' οὐδέν. Br. Fortasse scribendum: κεῖτο δ' ἄρ' οὐδὲν ἔχων. quamquam seriores poëtae non tam sollicite abstinuerunt ab hiatibus. Cf. nr. 188. v. 2. — Ultimus epigrammatis versus desideratur in P. et in omnibus Plan. Codd. Prima Ald. 2. lacunam explevit, hoc versu addito: χρήματα κληρονόμοι ἥρπασαν ἀσπασίου. Voluit ἀσπάσιοι, aut ἀσπασίως, ut

Brodaeus et Br. Hunc versum, ut recentioris commatis, relegavi in marginem. — *Nr.* 172. τ αὐτ. Br. II. 338. nr. 100. An. II. 2. p. 502. V. 1. τὸ τέκνον. Pl. Br. Articulum omisi cum P.

Nr. 173. φιλίππου. Br. II. 221. nr. 35. An. II. 2. p. 174. — *Nr.* 174. εἰς κλέπτας λουκίλλου. cujus nomen etiam in Plan. p. 152. St. praefixum. *Philippo* perperam tribuitur ap. Br. II. 222. nr. 36. An. II. 2. p. 174. Probabile est, Dionem, de quo in hoc epigr. agitur, non furem ex vulgo, sed magistratum aliquem fuisse. Tum certe argutior in versu ultimo sensus. V. 3. ὀλοσφύρητον. P. Br. ὀλοσφύριστον. Pl. De syllabis ις et η saepe in Codd. inter se permutatis, vid. supra ad pag. 406. nr. 301. v. 1. Hesych. ὀλόσφυροι, ὀλοσφύρατοι. Phrynichus in Eclog. p. 86. ὀλοσφύρατον damnans, σφυρήλατον dicendum esse existimat. V. 5. αὐτοὶ τοίνυν. P. Sic etiam Cod. Aldi in Lectt. Ald. pr. et Ald. 2. Reliquae c. Br. αὐτοὶ νῦν. ἄριστα. P. ἄριστοι. Pl. Br. V. 6. οὐκέτι σοι. Vulg. Postremum hoc distichon expressum ex epigr. Antipatri in Plan. pag. 178. Tom. II. pag. 679.

Nr. 175. τ αὐτ. Br. II. 222. nr. 38. tamquam *Philippi*. An. II. 2. p. 174. In v. 2. frustra olim haesi. Ille non poterat jurare deum, qui, furto ablatus, non amplius aderat. — *Nr.* 176. τ αὐτ. Br. II. 223. nr. 41. ut Philippi. An. II. 2. p. 175. V. 1. τῶν θεῶν. P. τὸν θεόν. Pl. Br. V. 2. τῶν ἀρχ. P. τὸν ἀρχ. Pl. Br. V. 4. νυκτικλέπτας. P. νυκτοκλέπτης. Pl. νυκτοκλέπτας. Br. Utraque forma proba.

Nr. 177. τ αὐτ. Br. II. 222. nr. 39. An. II. 2. p. 175. V. 1. μανίτορα. P. Br. μηνίτορα. Pl. P. V. 3. τεχνην τέχνη. P. τέχνῃ τέχνην. Pl. τέχνᾳ τέχναν. Br. V. 5. δ' post τῶν omissum in P. supplet Pl. Br. Theophyl. Epist. 67. οὐκ εἰδὼς ἀχαλίνωτον γλῶτταν μείζονα τοῦ πλημμελήματος εἰσπραττομένην τὴν κόλασιν. — *Nr.* 178. τ αὐτοῦ. Br. II. 222. nr. 40. An. II. 2. p. 175. V. 2. κλέπτης. P. Pl. κλέπτας. Br. — *Nr.* 179. sine lemmate in P. In Plan. p. 89. St. τοῦ αὐτοῦ. i. e. *Lucillii*. *Philippo* tribuit Br. II. 222. nr. 37. An. II. 2. p. 174. — *Nr.* 180. ἀμμιαν. Edidit Huschk. An. cr. p. 251. Paralip. I. nr. 125. p. 695. V. 1. εἰδοῦς. P. εἰδοῖς, *Idibus*, corrigit cl. editor, quod fere sonat εἰ δῷς, in qua similitudine soni totum hujus distichi acumen vertitur. V. 2. δῶς et δῷς. P.

Nr. 181. τ αυ. Br. III. 159. nr. 42. ut ἀδέσποτον. An. III. 1. p. 314. Etiam in Plan. p. 153. St. est ἄδηλον. Scriptum est hoc distichum, ut superius quoque, in Polemonem Sophistam, qui Antonii etiam nomen gerebat. Vid. Tristan. T. I. p. 553. V. 2. τρία γρ. Ex Ἀντώνιος factus es ὤνιος. — *Nr.* 182. διονυσίου. Br. II. 529. Edit. Lips. II. p. 233. nr. 11. An. II. 2. p. 255. In Plan. p. 153. St. est ἄδηλον. — *Nr.* 183. λουκίλλου. Br. II. 327. nr. 51. An. II. 2. p. 474. V. 5. ἄλλω et ἐῶ. P. — *Nr.* 184. τ αὐτοῦ. Br. II. 327. nr. 50. An. II. 2. p. 473. V. 2. μῆλα τρία. Totidem mala Hercules ex hortis Hesperidum surripuerat, secundum Comicos ap. Athen. L. III. 8. p. 84. B. V. 3. καὶ τί γάρ; Casaub. in not. mst. εἶτα δ' ἄρ'. cui cave credas. Vid. p. 520. nr. 85. v. 5. p. 521. nr. 91. v. 2.

Nr. 185. εἰς κιθαρωιδοὺς λουκίλλου ἀλλα μ (μὴν) καὶ τραγω καὶ κωμω . Edidit Huschk. An. cr. p. 259. Paralip. I. nr. 126. p. 696. V. 1. ἀπέλυε. P. ἀπόλυε. corr. cl. editor. Mihi ἐπέκλυσσε in mentem venerat, aut κατέκλυσσε, quod in notis conatus sum adstruere. Hoc verbum ad Nauplii historiam non male conveniret. ἀπάμυνε, quod margini allevi, pro ἀπήμυνε accipiebam, *puniebat*, ut alter Nauplius. Sic p. 89. nr. 7. τὴν δολίην ἀπάμυνον, *puni*. V. 2. αιοȝ P. quod ᾄσαι esse videtur. ᾄσει corrigebat Huschk. V. 2. ἡ κιθαρ. P. Fortasse, ᾖ κιθαρ. quamvis de lectione mutili versus difficile sit statuere. — *Nr.* 186. νικαρ. Br. II. 356. nr. 52. An. II. 3. p. 42. In vett. Plan. editt. *Leonidae* inscribitur; in reliquis *Lucillio*. V. 2. θνήσκει καὶ αὐτός. P. θνήσκει καὐτός. Pl. Br. — *Nr.* 187. λεωνι. Br. II. 191. nr. 6. An. II. 2. p. 89.

P. *Nr.* 188. ἀμμιαν. Br. II. 389. nr. 27. An. II. 3. p. 148. V. 1. αἴδων. P. ᾠδῶν. P. Pl. ὠτῶν. Br. cum Brodaeo et Opsopoeo. Hanc lectionem Grotius expressit. Sed commode dicitur Ἀπόλλων τῶν ᾠδῶν de *parente carminum* et *destructore* eorum. Primus, quod novimus, hac paronomasia usus est Archilochus ap. Macrob. in Saturn. I. 17. Ἄναξ Ἄπολλον, καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους Πήμαινε, καὶ σφᾶς ὄλλυ', ὥσπερ ὀλλύεις. Vid. Liebel. Reliqq. Archil. p. 65. s. et Abresch. ad Aeschyl. T. I. p. 370. Eustath. ad Ἰλ. α. p. 11, 23. ὡς καὶ ὁ Ἀπόλλων δοκεῖ τισιν ἐκ τοῦ ἀπόλλειν διὰ τὸ φοβερώτερον ὀνομάζεσθαι. V. 2. δὲ ἰατρεύῃ. omnes. Cf. p. 525. nr. 122. Fortasse

scribendum: ἂν δ' ἰατρεύῃ. In hoc verbo enim prima syllaba produci posse videtur, ut in ἰατρός. Et sic sine haesitatione scribendum esse pronuntiat Friedemann. de Med. Syll. Pent. p. 308.

Nr. 189. λουκίλλου. Br. II. 334. nr. 81. An. II. 2. p. 491. V. 3. τριόδοντα. P. quod restitui. Ποσ. δὲ τρίαιναν. Pl. Br. τριόδοντα de Neptuni tridente Pindar. Ol. IX. 44. Isthm. VIII. 73. — *Nr.* 190. εἰς κουρίας λουκίλλου. Br. II. 336. nr. 91. An. II. 2. p. 498. V. 1. ἑρμογένην. P. Br. ἑρμογένη. Pl. Cf. p. 523. nr. 114. — *Nr.* 191. τ αὐτ. Br. II. 336. nr. 92. An. II. 2. p. 499. Vide an ultimum distichon cum praecedentibus bene cohaereat. V. 2. τέμεις. P. τάμῃς. Pl. τεμεῖς. Br. V. 4. τῶν γονάτων. Fortasse haec lectio non sincera. — *Nr.* 192. εἰς φθονερ λουκίλλου. Br. II. 339. nr. 107. An. II. 2. pag. 505.

Nr. 193. ἀδέσποτ. Br. III. 242. nr. 429. An. III. 2. p. 117. Ductum hoc distichon ex Isocrat. Euag. T. II. p. 274. ed. Auger. τούτων δ' αἴτιος ὁ φθόνος, ᾧ τοῦτο μόνον πρόςεστιν ἀγαθόν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσίν ἐστιν. V. 1. κάκιστος. P. Br. κάκιστον. Pl. ἐν ἑαυτῷ. P. ἐν αὐτῷ. Pl. Br. ἐν αὐτῷ. Stobae. Tit. XXXVIII. p. 221. ed. Gesn. — *Nr.* 194. εἰς θηρατ λουκίλλου. Br. II. 317. nr. 1. An. II. 2. p. 437. V. 2. ἀμαδρυάσιν. P. sine littera paragogica Pl. Br. V. 3. Versus in fine mutilus. ταῖς πρὶν post λόγχαις inseruit primum Ald. 2. quam aliae editt. postea secutae sunt. At σιοφόντιοι tertiam et quartam sedem in hexametro occupasse, vix est quod dubites. Et nimis friget Aldinae additamentum, ταῖς πρίν. Lacunam explet Friedemann. de Med. Syll. Pentam. p. 309. Μάρκος ὁ ἀργὸς scribens. Cf. infra nr. 276. εἰς φυλακὴν βληθεὶς ποτὲ Μάρκος ὁ ἀργός. et nr. 277. ἐν ὕπνοις τροχάσας ποτὲ Μάρκος ὁ ἀργός. Ingeniosa suspicio, quam veram dicerem, si causa appareret, cur *venatoris* in nostro epigrammate desidia notaretur. V. 4. αὐτός. P. et plurimae editt. Plan. αὐτούς. Steph. Br. probabiliter. ἐκρέμασε. P. Br. ἐκρέμασεν. Pl.

Nr. 195. διοσκορι. Br. I. 197. nr. 20. An. I. 2. p. 386. Iterum est in Cod. p. 557. V. 2. τιμενίδας. P. 1. Pl. τημενίδας. P. 2. Br. V. 3. τιμηθείς. P. 1. Pl. Br. τεμήεις. P. 2. V. 4. εἰς ψόφος. P. 1. εἰς φόβος. P. 2. εἷς ψόφος. Pl. Br. V. 5. ἴτε πρήξεις. P. 1. Pl.

ὁ πολὺς πόνος. P. 2. Br. V. 6. φθέγξετ'. P. 1. Br. φθέγγετ'. P. 2. φθέγξατ'. Pl. Futuro patrocinatur Schaefer. ad Dion. Halic. de Comp. Verb. p. 204. ubi comparatur etiam epigr. Arcesilai in Append. nr. 10. T. II. p. 757. ἔσσεται εἰσαῦτις πολλὸν ἀοιδοτέρη. — *Nr.* 196. εἰς αἰσχρούς. λουκίλλου. Br. II. 324. nr. 35. An. II. 2. p. 462. V. 2. αὐτήν. omissum a P. suppeditat Pl. Br. Sensus est simpliciter: qualem speciem si Hecate se habere vidisset, (aqua inspecta aut speculo), guttur sibi prae tantae deformitatis odio fregisset. ¶. V. 5. εἰ δὲ λέγεις μισεῖ. P. ὃς δὲ λέγει μισεῖν. Pl. Br. quod recepi, quum cod. lectio sensum non habeat. At nec sic poëtae manum restitutam esse existimo. In λέγεις adverbium videtur latere, v. c. ὃς δ' ἀλόγως μισεῖ, i. e. μάτην, ἄλλως, vel simile quid. — τοιοῦτον. P. τοιοῦτο. Pl. Br. Ap. Aelian. H. An. I. 34. τοιοῦτό τι καὶ τῷ Αἰνείᾳ νέφος περιβαλών. rectius Cod. Monac. τοιοῦτόν τι. — *Nr.* 197. τοῦ αὐτοῦ. Br. II. 318. nr. 8. An. II. 2. p. 443. V. 1. ἱερώνιμος. P. ἱερώνυμος. Pl. Br. V. 2. γέγονεν. P. Pl. γέγονε. Br. — *Nr.* 198. Θεοδώρου. Br. III. 6. nr. 1. An. III. 1. p. 11. V. 1. τάς. P. τῆς. Pl. Br. τάν. P. τήν. Pl. Br. — *Nr.* 199. λεωνίδου. Br. II. 190. nr. 3. An. II. 2. p. 88. V. 1. ἰχθῦν. Br. Veteres poëtae terminationem ύς, ύν, pro ambigua habuisse videntur. Plurima certe loca sunt, in quibus κλιτύς, νηδύς, ὀφρύς, ἰχθὺς et similia posteriorem producunt; multo rariora, in quibus eandem corripiunt. ἰχθὺν pro spondeo usurpavit Oppian. Hal. II. 200. IV. 219. pro trochaeo Theocr. Eid. XXI. 49. Sed vide inprimis Spitzner. Diss. de Brev. Syllab. Product. p. 32. sqq. et de versu graeco heroico p. 67. s. Aliter de his syllabis statuit Graefius in Epist. cr. ad Bucol. gr. p. 46.

Nr. 200. τοῦ αὐτοῦ. Br. II. 190. nr. 4. An. II. 2. p. 88. V. 2. αὐτόν. P. Br. αὐτόν. Vulg. ὑπερχαλάσαι. P. Pl. Br. ὑπεκχαλάσαι. corrigit Scaliger in not. mst. quod verum videtur. De ὑπὲρ et ὑπὲκ confusis vid. ad p. 381. nr. 156. v. 4. — V. 4. ἔφυγεν. P. Pl. ἔφυγε. Br. — *Nr.* 201. ἀμμωνίδου. Sic etiam in Plan. p. 141. St. 'Αμμωνίου. Br. II. 448. nr. 1. An. II. 3. p. 293. — *Nr.* 202. ἄδηλον. Br. III. 168. nr. 86. An. III. 1. p. 336. V. 3. ὠνῆσαι. P. αἰνῆσαι. Pl. Br. V. 4. τίνα δή. P. δεῖ. Pl. Br. Hic de κινεῖν in βινεῖν mutando frustra cogitabat. — *Nr.* 203. In marg. ηρα. In Plan. p. 140. ἄδηλον. Br. III. 168. nr. 90. An. III. 1. p. 338. V. 1. τί. P. V. 2. σάλπιγδ'

ἀν. P. σάλπιγξ δ' ἀν. Pl. Br. V. 4. ἄγκιστρον ναύταις. P. Pl. Quum de usu nautico jam dictum sit v. 3. nec hamus nautarum sit instrumentum, sed piscatorum, Br. legit, ἄγκιστρον γριπεῖ, quod hiatus falsum esse arguit. ἄγκιστρον δ' ἁλιεῦσ', ὀψ. H. van Eldik. ap. Bosch. T. IV. p. 500. Aliud quid latere non dubito. — ὀψοφάγῳ malebat Br. procul dubio ob γριπεῖ. — V. 5. κενδυλα. P. Pl. σχένδυλα. Br. Hesych. σχενδυλόληπτοι, ἐσχενδυλῆσθαι ἔλεγον τοὺς ἐν τοῖς ταύροις (σταυροῖς corrigunt)· ἀπὸ τοῦ χαλκευτικοῦ ὀργάνου, ὃ σχενδύλη λέγεται. σχένδυλα, ultima brevi, alibi non reperi. V. 8. ἐργασίης. P. ἐργασίας. Pl. Br.

Nr. 204. εἰς αἰγύπτιον ῥήτορα παλλαδᾶ. Br. II. 415. nr. 39. An. II. 3. p. 221. In Plan. p. 142. ἄδηλον. V. 1. ἐτεθήπεα. Sic πεποίθεα ap. Homer. Od. Θ. 181. πεποιήκεα et τετύφεα excitat Eustath ad Ἰλ. α. p. 38. 10. V. 2. λιτραίοις. P. Br. τριτταίοις. Pl. ἰόντα. P. ἰέντα. Pl. Br. φόνον. Luditur in similibus vocabulis φόνον et φθόγγον. Scaligero in not. mst. φαβὸς in mentem venerat.

